VM docuisset capite superiori quot modis diceretur vnum, & quare ratione de quatuor traditis generibus vnius prædicaretur, quidque nomen ipsum vnius formaliter significaret; tradit hoc capite præcipuam vnius proprietatem, nempe quod sit primum mensura, seu (quod idem est) mensura cuiusque generis, potissimum vero quanti aut quantum est; ex quantitate enim ad alia traductum esse ait, ut aliquid dicatur mensura. Reperienda sunt autem ex fine superioris capituli verba illa [quapropter vnum esse est indivisiibile esse] ut perfecta sit sententia. Quamquam vero Aristoteles videatur dicere magis positam esse naturam vnius in eo quod sit mensura cuiusque generis, quam in eo quod sit indivisiibile, non ita est tamen. Esse cuiusque, vnum est tantum, nec potest esse duplex; sed siccirco ait vnum esse, maximè in eo esse positum, ut sit prima mensura cuiusque generis, quia haec est illustrior eius proprietas, & ad usum quam maximè accommodata. Nam & si prius conuenit vni esse principium numeri, ut perspicuum est, & ex iis quae ad cap. 6. libri quinti dicta sunt, intelligi potest; tamen esse mensuram aliorum dignitatem quandam, & utilitate praese fert vnius, quatenus vnum seu quatenus indivisiibile est.

* *Mensura enim.*

Probat ea quae dixerat, hoc uno arguento. Quia mensura, inquit, est id quo quantum cognoscimus: hoc enim videntur omnes nomine mensuræ concipere: constat autem in omni genere dari quantitatem aliquam vel extensionis, quae propriè quantitas est, & ad prædicamentum quantitatis spectat, aut perfectionis, quae quantitas per translationem dicitur, & in aliis etiam generibus reperitur. Cum igitur quantum, quatenus quantum est, aut uno aut numero cognoscatur, ipseque numerus cognoscatur uno (nam & viam stadiorum decem longitudine decem stadiorum cognoscimus, ipsaque decem stadia stadio uno decies sumpto, & sic cætera metimur) efficitur ut vnum sit prima cuiusque generis mensura, maximè vero quanti, quatenus quantum est. Id quod properea addidit Aristoteles, quia non est necesse ut natura rei

C quantæ, ut cœli aut terræ, cognoscatur cognita eius quantitate, certave extensione; neque etiam necesse ut cognoscatur natura ipsius quantitatis, quae aliquando dicitur quanta, hoc est tantæ, l., tantæ extensionis, cum cognoscitur quantæ extensionis sit.

Hinc patet quantitatem continuam mensurati per discretam, cum omne quantum mensuretur numero aut unitate, ut ait Aristoteles. Ratio vero huius rei est, quia omnis quantitas per suas partes mensuratur, partes autem continuæ quantitatis, sunt potentia continuæ, partes vero discretæ sunt actu discretæ: siquidem haec distinguntur actu illæ non item. Cum igitur mensura sit ratio cognoscendi mensuratum, ut hoc loco tradit Aristoteles, cognitio autem ab actu ad potentiam procedat, ut idem libro superiori docuit, meritò continua mensurari dicitur per discretam.

* 240

^c Quo sit ut numeri.

C Olligit vnum esse principium quatenus numerus est, ac proinde (quod subaudiendum est & colligendum erat) cise primam numeri mensuram, atque adeo primam omnium que quomodo cunque sunt quanta. Cognoscitur enim numerus, quatenus est numerus vno.

^d Hinc & in aliis.

D Ocet, ex vno quod est principium, non deriuari ad alia quanta, (quae quidem vel continua sunt, vt longitudo, latitudo, & profunditas, seu linea, superficies, & corpus : vel se habent vt continua, veluti grauitas & velocitas) aliquod vnum quod habeat rationem mensuræ. Illud enim vnum cuius repetitione cognoscitur eorum quantitas certave extensio aut intensio (hæc enim veluti extensio quædam secunda est) est eorum mensura : quod quo pacto accidat, paulo post explicabitur. Interim tamen quodd in allatis exemplis non sit facta metrio leuitatis & tarditatis, quæ contraria sunt grauitati & celeritati, causam fuisse ait Aristoteles, quia grauitas & celeritas sunt communes in cōtrariis, hoc est, utrumque contrarium significant, si res quibus conueniunt, cum aliis atque aliis conferantur. Grauitas enim aquæ est leuitas si cum grauitate terræ comparetur, & leuitas aeris est grauitas si conferatur cum leuite ignis. Duplex est enim, vt docet, horum nōminum usuratio. Aliando

ε ἐν τῶισι δὴ τύρηις, μέτρον εἶδεν
ἐν πηγῇ αἰδιάρετον. ἐπεὶ οὐκ ἐν ταῖς
χειμεριais χεῶνται ὡς αἴρουσι τὴν πο-
δαίαν πανταχοῦ γὰρ τὸ μέτρον
ἐν πηγῇοις οὐκ αἰδιάρετον. τέτοιο
τὸ αἰθλόν, η τῷ ποιῶ, η τῷ ποσῷ.

A enim sumuntur absolute, ut significant quam tam cunque grauitatem, aut celeritatem, aliquando vero comparatè, ut significant id quod exceedit grauitatem aut celeritatem. Et quamquam posteriori modo graue non significet id quod leue est, neque velox id quod est tardum (qua significatione terra solū dicitur grauis, quia est omnium grauissima, & ignis tantum leuis, quia omnium leuissimus, motusque primi mobilis tantum velox, quia omnium velocissimus, progressusque testudineus solū tardus, si omnium sit tardissimus) priori tamen modo graue significant non solū id quod grauitatem habet, sed etiam id quod leuitatem, quo pacto aqua, et si dicitur grauis, collata cum igne & aere, dicitur tamen leuis si cum terra conferatur; itemque aer leuis collatus cum terra & aqua, grauis autem collatus cum igne: eodemque modo motus sagittæ dicitur celer, collatus cum motu testudinis aut etiam equi currentis, tardus autem collatus cum motu coeli. Ceterum quod Aristoteles hic ait de grauitate & celeritate, contrariisque leuitate & tarditate, intelligendum est de ceteris intensionibus & remissionibus qualitatum & motuum, siue illæ fiant per admisionem contrarij, ut in grauitate & calore, siue sine eiusmodi admisione, ut in celeritate motus, & intensione luminis: Nam ubi datur magis & minus, ibi datur ratio aliqua similitudineque continuæ quantitatis.

In his autem omnibus mensura & principium unum quid est, & indivisiabile: quandoquidem & in lineis pedali pro indivisiibili vivuntur. Vbiique enim mensuram vrum quid aigne indivisiibile querunt; hoc autem simplex est aut qualitate aut quantitate. Vbi igitur

In his autem omnibus.

Ostendit quo pacto ab uno quod est principium & mensura numeri, deriuetur ratio mensuræ ad alia, quæ vel continua sunt, vel rationem continuitatis habent. Sententia loci est, si in toto quantitatis genere, seu propriè sumpto, seu imitatione quadam, mensura quadratur, id dicendum esse mensuram, quod unum quid sit, & indiuisibile, siue sit indiuisibile simpliciter ac omnino, quo pacto unum est mensura numeri, atque adeo omnium certissima, cum semper adæquate reddat totum: siue sumatur ut indiuisibile propter paruitatem, cum indiuisibile non sit, quo pacto pedalis linea est mensura linearum, quæ in ædificiis describendis ab Architectis ducuntur, & vicia rerum crassiorum quæ ponderantur, scrupulùsque tenuiorum; quæ mensura minus certa

A est minùsque accurata: quod non raro supereret aut deficiat, cum repetitur ad quantitatem rei cognoscendam. Itaque mensura aut debet esse indiuisibilis seu minima simpliciter, aut comparatione rei quam metiri volumus. Quo sit ut in maioribus maiores mensuræ, in minoribus minores usurpari soleant. Quod autem ait, ubique mensuram queri, quæ aut quantitate simplex sit, aut qualitate, hunc habet sensum, ut non sit B composita ex partibus quæ ad quantitatem (quoad fieri possit) aut qualitatem pertineant; qua ratione unitas est mensura numeri, quantitatēque continua pro indiuisibilibus acceptæ, sunt mensuræ continuarum; & qualitates simplicissimæ in suis generibus sunt mensuræ compositarum, ut albèdo mediorum colorum, quod hi plus minusve habeant albedinis, ut inferius dicetur.

s. pba

Εόπειροι οὐδὲ δοκεῖ μή ἔναι τὸ φελένη
ἢ πεφτένα, τῷτο ἀκριβεῖς τὸ μέτρον. διὸ τὸ δέσμοις ἀκριβεστρον.
τὴν γὰρ μονάδα πίθαις παύτη αἰδίαι·
ρεῖσθαι. εἰ τοῖς ἄλλοις μημένῳ τὸ τοῦ
τον. διὸ γὰρ σειδίς ἐταλαττε, ἐτεῖ
δέ μείζον. λάθοι ἀτὰ πεφτένεν
πὶ καὶ ἀφαιρεθὲν μᾶλλον, ηδὶ διὸ τὸ
ἐλαττον. ὡσεὶ δέ τοι πεπάτε καὶ
τὸν αἴθησιν μὴ συνέχεια, τῷτο
παύτες ποιουσθαι μέτρον, καὶ υγεῶν
καὶ ξηρῶν, καὶ βάρων καὶ μεγέθεων.
καὶ τότε οἰνοταῦ εἰδένα τὸ ποσὸν,
ὅπειροι εἰδῶσι διὰ τούτου τὸ μέτρον
εἰ καὶ σῆ τὸ κίνησιν τῇ αἰσθῆτῃ κινήσιν καὶ
τῇ ταχείᾳ. ὀλιγοσον γὰρ αὕτη ἔχει
χρόνον διὸ εἰ τῇ αἱρολογίᾳ τὸ τούτον.
εν, αἱρεῖ καὶ μετρεον τὸ κίνησιν γὰρ ὁμα-
λεῖς πεπονθεῖ, ἐταχέστη τὸ χρέον, πεδεῖς λιγὸν τὸς αἰδίας) καὶ

C ^{Text. 4.} nihil est quod auferri aut addi posse vi-
deatur, ea est accurata mensura: quare num-
eri certissima: ponunt enim unitam om-
ni ex parte indiuisibilem, in caseris autē
tale quid imitari solent. Stadio enim &
ratice, & semper ei quod maius est si quid
addatur, aut detrahatur, latere magis
potest, quam si rei minori. Quapropter cuius
primo sensuum iudicio id non accidit, id
omnes & humidorum, & siccorum, &
ponderis, & magnitudinis mensuram
faciunt, tuncque rei quantitatem se nosse
D existimant, cūmeam hac mensura tenent;
& aīque etiam motum, simplici motu ac
velocissimo: breuissimum enim hic tem-
pus habet. Quocirca in Astrologia tale
unum principium & mensura est (mo-
tum enim cali equabilē ponunt, cūnque
velocissimum, quo caseros iudicant) & in
h Muji

h. cū

^a οὐ μετοχῆ δέοις, ὅτι ἐλάχιστον. καὶ τὸ A Φωνῆ σοιχεῖον. ^b καὶ ταῦτα ταῦτα ἐν πλάτως, οὐχ ὡς κοινόν περ τὸ ἐν, αἷς ὁ σωθῆ εἴρηται.

^b Musica diesis, quia minimum quid est in voce elementum. ^c Atque hoc omnia non ita unum sunt ut communem aliquid, sed ut dictum est.

^d Vbi igitur nihil est.

T Radit regulam ad constituen-
dam mensuram, quæ, et si diui-
sibilis sit, tamen ut indivisibilis sumi
possit. Ea vero est ut sumatur adeo
parua quantitas, ut facile animad-
uerti possit, si quid ei addatur ab
eâve detrahatur. Nam si magna su- B
matur, ut stadium ad metiendam
viam, aut talentum ad ponderandum
colossum, facile poterit aliquid addi
aut detrahi, nobis id minimè sen-
tientibus, quo mensura fit fallax:
quod tamen nou facile eveniet si ad
metiendum sumatur passus aut pes,
et ad ponderandum libra aut vncia.

^e Atque etiam motum.

D Vabus de causis motus primi
mobilis sumitur pro mensu-
ra cæterorum motuum, præsertim
apud Astrologos: una, quia est sim-
plicissimus seu minimè compositus,
ut suo modo sunt motus inferiorum
orbium (qualis est motus solis in
quo eti simplex est & uniformi-
cursu fit sub ecliptica, aliæ tamen
motuum differentiae cernuntur, ta-
metsi per accidens propter motus
superiorum orbium) altera, quia est

velocissimus, ac proinde in percur-
renda æuali via breuissimo ac mi-
nimo temporis spatio conficitur.

^f Et in musica.

D Iesis est minimus sonus sensi-
bilis eorum qui in musica
considerantur, quamquam duplex &
inæqualis, ut patebit ad initium se-
quentis capitatis.

^g Et in voce elementum.

I N voce humana, quæ articulata
dicitur elementum, sive litera, est
prima mensura; quod eti de vocali
quæ per se sonare potest, præcipue
intelligitur (consonans enim per se
non sonat, sed sibilat) tamen quo
paecto etiam de consonante intelligi
possit, ad initium capitatis sequentis
explicabitur.

^h Atque hac omnia.

S Ensus est, Mensuras omnes quas
commemorauerat, & alias quæ-
cunque sunt rerum earum in quibus
extensio aliqua cernitur, non con-
uenire vniuersitate inter se, sed qua-
dam analogia ratione.

Κεφάλαιον γ'.

O τοι αἰεὶ τῇ δέσμῳ ἐν τῷ
μέτρῳ, αἷς τοιούτη τολείω-
σιον αἱ διέστι δύο, αἱ μὴ κατὰ τὴν
ἀκαλεῖσσαν, αἵ τοις λόγοις. καὶ αἱ Φω-
ναὶ τολείσσαις αἱς μετρούμεναι καὶ τὰ
μετρούμεναι μετρεῖσσαι, καὶ τὰ μετρεῖσσαι,
καὶ τὰ μετρεῖσσαι ταῦτα. τὰ ταῦτα

CAP. III.

N On semper autem mensura una
est numero, sed interdum plures;
ut dieses due quæ non auditui, sed ra-
tionibus accommodantur; & plures vo-
ces quibus metimur. Sed & diametres
duobus mensuratur, & latus, omnesque
magnitudines. Sic igitur mensura

B 3

μέτρον τὸ ἐν, ὅπι γνωρίζομεν ἐξ ὧν A omnium unum est, quia aut quantitate aut forma diuisentes, ex quibus substantia existat, cognoscimus. Atque ea de causa unum indiuisibile est, quia primū singularium rerum est indiuisibile. Neque vero res omnis indiuisibilis est, ut pes, & unitas, sed hoc quidem omni ex parte, illud vero in ea qua sensu indiuisibilia fermè sunt, ut dictum iam est: for-
tasse enim omne continuum est diuisibile.

σως γὰρ τῶν Συμχεῖσθαι μετρετόν.

^A δέ τοῦ Συγχετέοντο μετρεον μεγεθῶν μὴν γὰρ μέγεθος, καθ' ἕκαστον, μῆκος μῆκος, πλάτος πλάτος, φωνῆν φωνή, βάρος βάρος, μονάδων μονάδες. οὕτω γὰρ μετρετον, αλλ' οὐχ ὅπις δέρθμων δέρθμός, καθότι εἴδη ὁμοίων, αλλ' οὐχ ὁμοίων αἵξιοι, αλλ' ὡςδέ εἰ μονάδων μονάδας αἵξιοις μέτρον, αλλα μὴ μονάδα αἴδη δέρθμός πλάθος μονάδων. καὶ τὰς ὑπηρετούσας μέτρον τὰ περιγράφων λέγομεν,

καὶ τὴν αἱμητὸν Διεῖ τὸ αὐτὸν, ὅπι γνωρίζομεν π αὐτᾶς, ἐπεὶ μετρεῖσθαι μάλιστα, η μετρεῖσθαι. αλλα Συμβούλου ἡμῖν, ὡςδέ αὐτὸν εἰ μάλιστα μετρεῖσθαι, ἐγνωρίζαμεν πηλίκοι εσμὲν, ταῦτα τὰ ἔχοντα πεποστον ἡμῖν ὑποβάλλειν. Πρωτεύοντος δὲ αὐτῷ πρωτον Φησι πεντάλια εἶναι μέτρον, ὡςδέ αὐτὸν εἰ τὰ ὑπηρετούσαν εἰπών, η τὰ αἱμητανόμετρον. τούτας δέ, ὅπι ἔχοντα πεποστον ο μὲν αἱμητόν, ο ἡ ὑπηρετούσα, αφαιρεῖσθαι εἶναι μέτρα τὰ πεποσταμένα. οὐδὲν δὴ λέγοντες πεποστον Φαίνοται π λέγειν. ὅπι μὲν αὐτὸν εἶναι εἶναι, μάλιστα εἰσι κατὰ τὸ συνομαθέα φορέαςτο, μέτρον τοῦ καὶ κυριωτάτον τὰ πεποστα, εἴτα τὰ πεποστα, φανερόν εἶναι τοιούτον, τὸ μὲν, αὐτὸν αἱμητον κατὰ τὸ πεποστον τὸ οὗτον, αὐτὸν αἱμητον κατὰ τὸ πεποστον. διότις αἱμητον τὸ οὗτον, η αἱμητον, η οὗτον.

B

¶ singularem longitudinis longitudo, latitudinis latitudo, vocum vox, pondus, unitas unitatum; sic enim accipendum est, non quod numerorum numerus. At oportebat si modo eodem. Verum non similiter quis censem, sed veluti si unitatum unitates mensuram esse

censeret, non unitatem: numerus autem unitatum est multitudo. ¶ Sed & Gracē ēst, scientiam mensuram rerum esse dicimus, eadēque ratione sensum, quod ijs quidem.

aliquid cognoscamus. Atque mensurantur potius quam mensurent. Sed perinde id accidit, ac si alio nos mente cognosceremus quanti sumus, quod nobis rationes cubicum accommodaret. Protagoras. Gracē, in illa vero hominem rerum omnium mensuram esse ait, quasi scientem aut sensientem diceret: atque hos quidem quod habent, hic quidem sensum, ille vero scientiam, que dicimus subiectarum rerum esse mensuras. Itaque ijs cum nihil egrediunt dicant, aliquid dicere videntur. ¶ Quod igitur & unius esse (si nomine quod definiunt, spectetur) si maxime ac praecipue quantitatis mensura quedam, deinde qualitatis, perspicuum est. Erit autem tale parsim si quantitate indiuisibile sit, parsim si qualitate. Quare unum aut omnino aut quatenus unum est, indiuisibile est.

EXPLANATIO CAPITIS TERTII.

** Non semper autem.*

SVperiori capite docuit, vnum quod est numeri principium, esse primam somnium mensuram, ex eoque mensuræ rationem ad ea extendi; quæ illud imitaretur; nunc amplioris explicationis gratia quædam alia de mensuratum ratione adiungit; quorum illud est primum: Non semper existimandum esse, vnam tantum esse mensuram rei quam metimur, sed aliquando plures. Quænam verò sint eæ plures mensuræ, Alexander ex enarratione, vt ait, sui præceptoris, duas esse tradit, vnam materialem, qualis est vlna lignea, qua metimur pannum; alteram quasi formalem, quæ est ratio vlnæ in anima existens, quam etiam mens nostra rei externæ applicat, cùm eius quantitatem cognoscere volumus: sed hæc sententia propterea non placet, quod hac ratione omissis mensura sit duplex, nec debuisse Aristoteles dicere interdum esse plures, sed semper esse. Mitto quod eæ mensuræ non debeant plures censeri, cùm interna per externa metiamur.

Auerr̄nes & Alensis sic plures mensuras interpretantur, vt velint minorē in maiori includi: quo pacto palmus includitur in vlna, semitonus in tono, & syllaba in pede. Sed cùm hoc apertius sit, quām vt explicandum videatur, nec exempla satis hunc sensum præse ferant, potius dicendum est, nomine plurium mensuratum, quæ interdum in se eadem metienda cernuntur, eas hoc loco intelligendas velle Aristotelē, quarum neutra per se satis est ad mensurandum, sed ambæ coniunctæ vnam completam mensuram efficiunt. Sensus ergo loci est, quem Albertus innuit, et si in quibusdam rebus una tantum mensura sit, nō ex pluribus incompletis diuersæ rationis composita, vt in numero vnitas numeralis, & in qualitate gradus, & in pondere scrupulus; in aliis tamen aliquando esse duplē, cuiusmodi sunt in melodia dieses duæ, hoc est, duo minimi soni sensibiles, ex quibus tonus conficitur, qui est quidam quasi gradus in cantu. Namque hi soni eti sensuum iudicio sunt æquales, ratione tamen ducta ex proportionibus vocum, inter se inæquales esse demonstrantur, alterque dicitur semitonus maior, alter semitonus minor, qui minor apud recentiores Musicos diesis nomine simpliciter significatur, ita vt maior pars toni dicatur semitonus absolute minor verò diesis, vt refert Budæus in Commentariis linguae Græcae. De qua re Musici diligentius. Eodem modo plures voces quæ sensuum iudicio sunt indivisibiles quodammodo, & incompletè metiuntur oratione, nempe vocalis & consonans. Nam consonans, eti per se sonum non efficit, sed sibilum, vt paulo antè dictum est, tamen vocali iuncta sonat, vocemque componit, qualem nec sola ipsa nec sola vocalis efficeret, estque veluti accidentaria forma vocalis soni in componenda syllaba, quæ ex utraque artificiosè conficitur, & completam quandam mensuram orationis efficit.

^b Sed & diameter.

HOc exemplum plurium mensurarum ad probandam veritatem propositionis refertur, quæ

probatio est quædam, vt ita dicam, veritatis mensuratio. Si quis enim quantitatem diametri, aut lateris, aut cuiuscumque alterius magnitudinis

dinis velit cognoscere , duabus minimis lineis , aliisve magnitudinibus , duabusque minimum sumptuibus utatur necesse est . Neque enim demonstratur quantitas ignota nisi per duas minimam quantitates noscas ; nec probatio illa fit completa , nisi per duas minimum propositiones . Itaque ut ex consonante & vocali quae incompletè mensurant , sit una completa mensura , quae est syllaba ; sic ex diuersis lineis aliisve magnitudinibus , & ex diuersis propositionibus quae incompletè demonstrant quantitatem magnitudinis propositionae , sit una completa demonstratio .

** Sic igitur mensura.*

Colligit quae dixerat de uno , reddens rationem cur sit omnium mensura . Ratio vero est , quia unum ut tale est , minimum quid est ; minimum autem quemadmodum est primum in compositione , sic est ultimum in resolutione divisioneque , seu diuisio fiat in partes quantitatis , ut diuisio numeri , aut magnitudinis ; seu in partes qualitatis , ut diuisio melodiz . Cura igitur res tunc cognoscatur , cum resolutur in ea ex quibus primo constat , idque sit eam metiri ; efficitur ut unum , quia minimum quid est , sit omnium mensura . Nisi quod vel est minimum simpliciter sive omnino , ut unitas ; vel iudicio sensuum , aut comparatione magna alterius divisionis , prout auctoritate alicuius constitutum est , qualis est pedalis mensura collata cum toto edificio , cum aliqui sit diuisibilis , quemadmodum fortasse omne continuum . Dixit autem fortasse , propter eos qui sentiunt , continuum constare ex indiuisibilibus , quos in hoc opere ex instituto non refutari

** Semper autem mensura.*

Addit aliud consideratione di- gnum , Mensuram semper esse generis eiusdem cum ea cuius est mensura . Quo pacto mensura magnitudinum magnitudo est , hoc est , corporum corpus (sumitur enim nomen speciei pro generis) quod idem in ceteris duabus dimensionum speciebus , aliisque rebus inductione ostendit , ac demum ut unitas iuxta hoc documentum sit mensura eius-

Budem generis sive naturae cum mensurato , ait unitatem esse unitatum mensuram . Sic enim potius loqui oportet , quam si quis dicat numerum esse mensuram numerorum : quo tamen modo iuxta traditum documentum loquendum videretur , quemadmodum magnitudo dicta est mensura magnitudinum . Non enim esse parem ratione ex eo patet , quia cum numerus nihil aliud sit quam unitatum multitudo , idem est , dicere numerum esse numerorum mensuram , atque unitates esse mensuras unitatum , non autem unitatem : quod pluribus de causis absurdum est ; una , quia eadem videretur dici mensurae sui ; altera , quia mensura debet esse indiuisibilis ; constat autem , unitates esse diuisibiles , quod unitati non accedit . Nec mirum est quod unitas hoc loco dicatur mensura unitatum , non autem numeri aut numerorum

Dicit hactenus : Namque ex eodem illo pronuntiat (idem esse numerorum atque unitatum multitudinem) perspicua est solutio . Dicit tamen Aristoteles hoc loco potius unitatem esse mensuram unitatum , quam numeri vel numerorum , cum ut se clariss ad documentum accommodaret ; tum etiam ut significaret numerum re vera non esse unum quid simpliciter , sed multa simpliciter , ut docuerat lib . 8 . nosque ad librum quintum ostendimus . Tametsi documen-

tum

tum hoc non tanta religione obseruandum est, vt mensura semper sit directò in eodem genere in quo est mensuratum, cùm ex iis quæ inferiùs dicentur, satis interdum sit vt sit reductiè; quo pacto unitas est in genere numerorum, vt deinceps numerū esse verum genus, & speciales naturas, veras & germanas species.

Sed & Scientiam.

CVm dixisset id esse mensuram per quod quantitatem rei cognoscimus; ne quis fortè id accommodaret ad probandum scientiam esse propriè mensuram rerum scibiliū, & sensum sensibilium, quod ea ratione dici solet, quia per scientiam cognoscimus scibilia, & per sensum sensibilia; docet eam loquutionem non esse propriam, cùm potius scientia mensuretur per scibilia, & sensus per sensibilia; sed perinde ea usurpari ac si quis cognitionem eam quæ videat extrinsecus mensurari cubito aliquoties repetito, appellat mensuram sui, cùm potius cubitus extrinsecus applicatus sit vera sui mensura, non cognitio eiusmodi.

Protagoras vero.

REprehendit Protagoram, quod hominem mensuram omnium esse dixerit, quasi egregium aliquid & sapientiæ plenum, cùm tamen significare voluerit, hominem per scientiam esse mensuram rerum, quæ scientiæ subiectæ sunt, & per sensum mensuram earum quæ sub sen-

sum cadunt, quod nō modò sapienter dictum non est, sed etiam minus rectè. Nam vt demus scientiam esse modo aliquo mensuram scibilem, & sensum sensibilium, vt cùm per motum mensuramus tempus, quod alioquin est mensura motus: tamen id genus mensuræ improprium est, & à posteriori, ac lèape periculo errandi expositum, præsertim cùm aliquando tales esse putemus res ipsas, quales pseudographi syllogismi, hoc est fallaces demonstratio-nes, aut sensus male affecti iudicant. Sed reprehensio hæc leuior est ea, qua illum exercet Aristoteles libro quarto huius operis, cùm hominem adigit ad contradictionem, quod re vera videatur fecisse, idque proprie, & à priori sensum & intellectum nostrum omnium rerum subiectarum mensuras.

Quod igitur unius.

EPilogus est eorum quæ dixerat de uno. Quo loco verba illa, Vnum aut simpliciter aut quatenus vnum est indivisibile esse, cum sensum habent, vt vnum dicatur indivisibile vel quatenus omnino tale est, vt vnum numerale; vel quatenus talis vnius naturam imitatur, vt extrema verba cum sensum habeant vt vnum dicatur indivisibile, aut simpliciter, si sumatur vt mensura numeri, aut quatenus vnum, si sumatur, vt mensura rerum aliarum, quæ mensura non est indivisibilis, nisi comparatione rerum magnæ quantitatis quas metitur.

C Kεφα

Κεφάλαιον. δ.

C A P V T . I V .

KΑΤὰ ἡ τινὲς φύσιαν καὶ τινὲς φύ-
σιν ζητητέον ποτέρους ἔχει, κα-
θάπτει τὸν τοῖς θεατορίμασιν επηγ-
θοῦμ, τί τὸ ἐν ἐστι, καὶ πῶς σῇ τῷ
τῷ αὐτῷ λαβεῖν. πότερον ὡς οὐσίας
τινὸς οὐσίης αὐτῷ τῷ ἐνός, καθάπτει
οἱ τε Πυθαγόρεοι Φασὶ τεστερον,
καὶ Πλάτων ὑπερον. Η μᾶλλον τούτοις
ταῖς τις φύσισις ἡ πῶς σῇ γνωρίμω-
τερους λεχθῆναι, καὶ μᾶλλον, ὡστε οἱ
τῷ φύσεως σκέψαντες μὴν τῷ, οἱ μὲν
τις φλίαν εἶναι φυσὶ τὸ ἐν, οἱ δὲ αἴ-
ρει, οἱ δὲ τὸ ἀπειρον. Εἰ δὲ μηδὲ τῷ
καθόλου διώσατον οὐσίαν εἶναι, κα-
θάπτει ὡς τοῖς τῷ φύσιας, καὶ τοῖς τῷ
τῷ ὃν τοις εὑρεται λόγοις, οὐδὲ αὐτῷ
τῷτο φύσια, ὡς ἐν τις τῷ φύσι τῷ πολλὰ
διώσατὸν εἶναι (κοινὸν τῷ) αὖτε η κα-
τηγορήματα μόνον, δῆλον ὡς οὐδὲ τῷ
ἐν, τῷ τῷ δὲν, καὶ τὸ ἐν καθόλῳ κατη-
γορεῖται μάλιστα πάντων. οὕτε οὔτε
τα γένη φύσεως τινὲς καὶ φύσια χωρί-
σαι τὸν οὐσίων εἰσίν. οὔτε τὸ ἐν γένος συ-
μπέχεται εἶναι διὰ τὰς αὐτὰς αὐτίας,
διὰ τὰς φύσεις τῷ δὲν, οὐδὲ τῷ οὐσίαν.
Ἐτι δὲ οὐσίως δῆλοι πάντων αναγ-
καῖον ἔχειν. λέγετο δὲ ισαχᾶς τὸ δὲν
καὶ τὸ ἐν. οὕτε ἐπείσθι τῷ τοῖς ποιοῖς εἰσὶ^D
τι τὸ ἐν κατίτις φύσισις, οὐδὲ τὸ δὲν
ἐν τοῖς ποσοῖς, δῆλον δέ τι καθόλως ζη-
τητέον τέ τὸ ἐν, ὡστε καὶ τὸ δὲν ὡς
οὐχ ικανὸν ὅτι τῷτο αὐτῷ η φύσις
αὐτῷ. ἄλλα μηνὶ ἐν γε χρώμασιν εἰσὶ^E
τὸ ἐν χρώμα, σίον τὸ λευκόν ἐπει-
τὰ ἄλλα σὺν τούτῳ καὶ τῷ μέλανος

Φαίνεται γιγνόμενα. τὸ δὲ μέλαν, σέρνοις λευκός, ὡστε καὶ φω-
τὸς σκότος. τῷτο δὲν σέρνοις φωλός. οὕτε εἰ τὰ δύναται λόγοι
τὸν διεριθμός τις τὸ δὲν. ἄλλα τίνων; δῆλον δὲ τις οὐτι χρωμάτων καὶ
τὸ δὲν

IN substantia vero & natura vero
modo se habeat querendum est, quem-
admodum in dubitationibus transfigi-
tus; quidnam unum sit, & quo pacto de
eo opinari oporteat; num velut substantia
quedam sit unum ipsum, sicuti Pythag-
orici prius, Plato autem post dixerunt: an
potius aliqua subiicitur natura, & quo-
nam modo oporteat notium aliquid ma-
gisque constitui, ut Naturales voluerint.
B Etiorum enim alius concordiam, ipsum unum
esse ait, alius aerem, alius infinitum.
Quod si nihil eorum que univer-
salia sunt, substantia esse potest, ut in dispu-
tationibus de substantia deque ente di-
ctum est; neque hoc ipsum potest esse sub-
stantia, velut unum quid à multis sepa-
ratum (est enim commune) sed solum ca-
tegoria predicativa; perspicuum est,
ne unum quidem posse. Ens enim &
unum universale maximè de omnibus pra-
dicantur. Quare nec genera ipsa, natura
quedam & substantia sunt ab aliis sepa-
rables; neque unum genus esse potest nec
substantia easdem ob causas, propriez quae
neque ens. Preterea in omnibus eodem
modo res se habeat, neesse est: Ens au-
tem & unum aquæ latè patent: quare
cum in qualibus ipsum unum aliquid sic
naturæ aliqua, & in qualibus simili-
ter; perspicuum est querendum omnino
esse, quidnam sit unum, quemadmodum
& quidnam sit ens, quod non satis sit
hoc ipsum esse eius naturam. Arqui unum
in coloribus est color, ut albū, deinde alij
ex hoc & nigro videntur fieri; nigrum
verò priuatio albi est. quemadmodum lucis
tenebra; sumenim ha lucis priuatio. Quo-
circa si entia essent colores, essent vi-
que aliquis numerus. At quorum? Non dubium quin colorum; ipsaque
unum

τὸ ἐν λῷ αὐτὸν περίσσον τὸ λόγικόν ὁμοίως
 ἢ καὶ εἰ μέλη τοῦ οὐτελοῦ, αὐτὸν μόδις αὐτὸν
 λῷ, διεσεως μέρη τοις αὐτοῖς αὐτὸν τὸν αὐτὸν μόδις
 χάσια αὐτῶν καὶ τὸ ἐν λῷ αὐτὸν περίσσονα τὸ
 ἐν, αὐτοῖς διεσεις. ὁμοίως ἢ καὶ ὅπερ τὸ¹
 Φθούχων συνιχεών λῷ αὐτοῦ οὐτελοῦ αὐτὸν
 μόδις, καὶ τὸ ἐν συνιχεών Φανῆται. καὶ εἰ
 χρήματα διάφορα μάρματα, χρημάτων αὐτῶν
 λῷ αὐτὸν μόδις, καὶ τὸ ἐν, τὸ τελείων. ἡ
 δὲ αὐτὸς λόγος καὶ ὅπερ τὸ αὐτὸν γένεται.
 ὃς ἀετός καὶ σὺ τοῖς παθεσι, καὶ σὺ τοῖς
 ποιοῖς, καὶ σὺ τοῖς ποσοῖς, καὶ σὺ κινήσι
 αὐτομάτων ὄντων. καὶ ἐνός πνοῦ σὺ
 αἴτασιν, οὐτε αὐτὸν πνῶν, καὶ τὸ ἐν
 ποντὸν αὐτὸν οὐκέτε τέτον αὐτῶν ηὔσια, καὶ
 ὅπερ τὸ χάσιαν αὐτούχη ἀσάντιας ἔχειν.
 ὁμοίως γὰρ ἔχει ὅπερ ταῦτων. οὐδὲ μὴ
 οὐδὲ τὸ ἐν σὺ παθεῖν γένεται εἰπεῖν Φύσις,
 καὶ αὐτεῖνος τέτο γένεται αὐτὸν ηὔσια τὸ
 ἐν, Φανερόν. αὐτὸν ὕστερον σὺ χρέωμασι
 χρέωμα ἐν ζητηθέον αὐτὸν τὸ ἐν, οὐτωντὸ²
 σὺ χάσια χάσια μίαν, αὐτούτον τε τὸ ἐν. οὐτοῦ
 τὸ αὐτὸν Σημαίνει πάσας τὸ ἐν καθετὸ
 οὐ, σῆματον, τοῦτο εἰ τοῦτο σημειούσθεν ιστο-
 χώς. Καὶ παραγράψεις, καὶ μηδὲνα σὺ
 μηδεμιᾶν οἶσον ψεύτε σὺ τὴν περίστην, ψεύτε σὺ
 τὴν ποιοῖς, αὐτὸν ὁμοίως ἔχειν, ὕστε τὸ
 οὐ. καὶ τοῦ μηδὲνα παρακαληγόρετος ἔτερον
 ποτε εἰς αὐτὸν παραποτελεῖται αὐτὸν ποτε
 ὕστε οὐδὲ τὸ εἶναι, οὐδὲ τὸ ποτὲ ποιοῖς,
 οὐδὲ ποσοῖς. καὶ τοῦ εἰς εἶναι, τὰ εἰκάσια
 εἶναι.

A unum aliquid esset, nempe album. Eodem modo, si entia essent modulationes, essent certe numeri, dieces nimirū, nec numeri esserent earum substantia, ipsumq; unum aliquid esset, cuius substantia non esset unū ipsum sed dies. Similiter & in vocibus, elementorum visque essent numeri ipsa entia, utique ipsum foret elementum vocale. Si etiam figura rectilinea, figura profecto essent numeri, ipsiusque unum esset triangulus, et ad eumque ratio est in aliis generibus. Quare si posuissemus numeris & in passionibus, & in qualitatibus, & in quantitatibus, & in motu, & uno quodam in omnibus, ipse numerus aliquorū est, & ipsum utrum aliquod ens, neque hoc est eius substantia; & in substantiis quoque eodem modo re se habere necesse est. Res enim in omnibus eodem modo se habet. Quod igitur unum ipsum in omni genere quadam sit natura, quodque nullius natura hoc ipsum sit unum, perspicuum est. Sed ut in coloribus ipsum utrum unus color querendus est, ita & in substantiis, unus ipsum una substantia. Illud etiam est perspicuum, idem quo-
 dammodo significare utrum aquae eni-
 sum quia ex aqua predicamenta sequi-
 tur, neque in illo est, veluti neque in eo
 in quo ipsum quid est, neque in eo in quo
 ipsum quale, sed perinde se habet, aquae
 ens; etiam enim quia non aliud in predi-
 catione additum unus homo praeferit homi-
 nem, quemadmodum neque ipsum esse
 praeferit ipsum quid, aut quale, aut quanti-
 tum. Aquae unius esse est uniusque
 esse.

Textus.8.

EXPLANATIO CAPITIS

QUARTI.

B r exposuit quodnam sit unum, quod est mensura numeri, quidque sentiendum de eo quo aliæ quantitates & accidentia mensu-
 rantur; quaerit hoc capite, quidnam sit unum in substantia, sicutne,
 inquam, id ipsum formale quod substantia sit, et aliquid ratione.

C 2 dixer

diuersum : de qua re perfundorè disputatum est libro tertio. Id enim quod in eo genere maximè vnum fuerit, erit cæterorum mensura. Quia in re proposita opinione veterum quæ ipsi non placet, ostendit vnum in prædicamento substantiæ non esse ipsam rerum substantiam formaliter, siue in ipsis rebus particularibus existentem, ut Pythagorici censuerunt, siue ab eis separatam, ut Plato visus est existimatæ, sed aliquid ei subesse, quod substantia sit, quemadmodum in cæteris prædicamentis, quod quidem veteres Naturales senserunt, cum loquerentur de primo rerum principio, veluti cum Empedocles afferuit concordiam esse vnum illud quod eis esse tribueret, cuius nomine formam substancialē videtur adumbraſſe : aut cum Anaximenes Milesius, & Diogenes Apolloniates, posuerunt aërem esse earundem quasi fundamentum, quo materiā significare voluerunt, quam eandem alij infiniti nomine variè significarunt, cum omnes in eo conuenirent ut notius aliquid aptiusque ad rerum naturaliū constitutionem ponerent, quam qui earum compositionem ad numeros retulissent.

Quod si nihil eorum.

Probatur vnum quod ad prædicamentum substantiæ spectat, & quo substantiæ mensurantur, non esse substancialē formaliter, cāmque separatam, ut Plato illud posuit. Probatio inde sumitur, quia nullum vniuersale est substantia per se coherens siue subsistens (id quod ostensum est lib. 7. quem vocat sermones seu disputationem de substantia & de ente, quia in eo libro disputationum est de ente, ac præcipue de substantia, quæ est præstantissimum ens) vnum autem est maximè vniuersale quippiam, quemadmodum & ens; quo sit ut quemadmodum & illud non possit esse substantia separatim subsistens. Quo loco verba illa [categorema prædicatum] & illa [Quare nec genera ipsa] significat quod cuncte vniuersale, etiam si de solis numero differentibus dicantur. Legge c. 13. libri septimi.

Præterea in omnibus.

Probatur non esse etiam idem & vnum de quo est quæſtio, substantia ipsa formaliter quæ in rebus singulis existit, quod præstat inductione facienda per varias res aliorum prædicamentorum, coquid:

B in substantia par ratio sit atque in cæteris ; æquæ enim vnum atque ens de omnibus prædicatur. Quia inductione duo ostendere nititur ; alterum est, aliam esse rationem substantiæ, aliam vnius substancialis ; alterum vero in toto genere substancialium, ita nititum latè sumpto ut non excludatur Deus, dari aliquam simplicissimam, cāmque perfectissimam, quæ sit omnium aliarum mensura, qualis solus Deus ipse esse potest ; quod idem participatione quadam intelligi vult in singulis generibus substancialium, ut vna aliqua species sit in quolibet, quæ sit aliarum mensura si non simplicissima omnium aliarum, saltem perfectissima, ut est in genere viuentium animal, & in genere animalium homo.

Quidnam sit vnum.

Sententia huius loci est, Quærendum esse in genere substantiæ quidnam sit vnum, hoc est quænam sit natura subiecta vni, & ab eo denominetur, quemadmodum quænam sit natura subiecta enti, & ab eo denominetur, non quidem quod significat essentiam sed existentiam: alioqui non esset par ratio in ente atque

atque in vno. Ens enim ut signifcat essentiam non denominatiuē vt vnum, sed essentiali prædicatio-ne dicitur de qualibet substantia; quemadmodum de qualibet re per-tinente ad alia prædicamenta. Ait autem quærendum esse in prædicamen-to substantie quidnam deno-minetur vnum, quia non satis est di-cere hoc ipsum quod est, esse vnum seu indiuisibile, aut indiuisum esse naturam. viii in eo prædicamento. Oportet enim id in aliqua substan-tia spectari, quemadmodum specta-tur in genere colorum in colore ali-quo, neimpe in albedine, quæ non solū perfectissimus est colorum omnium, & quod cæterorum men-sura esse potest, ita ut quo quisque propinquior ei est, eo sit perfectior; sed etiam primus & simplicissi-mus, ut ex quo & nigredine variè permisisti cæteri omnes constent. Nec obest quod nigredo etiā æquè simplex videatur, cum sit alio qui maximè imperfectus, adeo ut priua-tio albi videri possit. Sic enim intel-ligendum est quod ait, nigredinem esse priuationem albedinis, ut te-nebrae sunt lucis priuatio. Sed num & quo pacto colores medij extre-mis constent, seorsim expendetur.

^d Quocirca scientia.

Exempla hæc eō pertinent, ve- quemadmodū in cæteris præ-dicamentis, & vnum denominat aliquam naturam subiectam, & nu-merus plures naturas, sic idem con-cedendum sit in prædicamento sub-stantie, cum in omnibus sit par ra-tio. Quod autem hoc ait numerum modulationum esse numerum, die-seos intelligendum est multiplicate. Ita vnum quod est mensura & in Modulationibus denominat diesin, numerus autem musicus denomi-nat plures dieses, seu simpliciter

A sumptas seu ut componunt maiore mensuram, quod est interuallum ex duabus diesibus maiori & minori conflatum, quod appellatur tonus. Idem accidit in vocibus litteratis, in quibus vnum quod est earum mensura, denominat elementum vocale, quod est simplicior mensura quam syllaba ex vocali & consonante co-composita. Numerus autem denominat dictiones ex syllabis & orationes ex dictiōnibus conflatas. Quod verò in genere figuratum triangulus deno-minatur vnum primum, quod cæterarum eius generis figurarum sit mensura, ex eo patet, quia omnes si-guræ rectilineæ in triangulum re-soluuntur.

Rectè autem Aristoteles progres-fus est ab accidentibus ad substantias, ut probaret aliquid subesse vni-tatibus ac numeris in substantiæ prædicamento; clarius enim id est in accidentibus quam in substantijs, cum varietas specifica accidentium sit per se nota sensibus; non item varietas specifica substantiarum la-tentium sub inuolucro accidentium, quæ non nisi per accidentia cognoscitur. Cum interim maior sit ratio in substantijs atque in accidentibus, ut distinguantur ab vnitatibus & numeris quibus numerantur, cum sint præstantioris naturæ quam ac-cidentia.

Quo loco animaduertendum est, etsi vnum habet in prædicamento quantitatis rationem mensuræ, ra-tione eius quod in eo est formale, hoc est ratione indiuisibilitatis aut indiuisionis; tamen extra quantita-tem habere rationem mensuræ, ra-tione eius quod in eo est materiale & connoratum seu denominatum, si sit perfectissimum in suo quoque genere, &, si fieri possit simplicissi-mum: qua conditione imitatur vnu quod est principium numeri. Alio-

C . 3 qui

qui, quatenus est perfectissimum, A rem solam existentiam, quæ est quidam essendi modus, qui reducitur ad eadema omnia prædicamenta, in quibus ponuntur res, quarum est existentia. Ait autem, vnum & ens, idem quodammodo significare, non quia natura significata per ens & vnum non sit omnis eadem, sed quia eam non similiter, sed quodammodo significant. Denominativa enim, quæ sunt vnum & ens, quod ab existentia dicitur, non significant formaliter res denominatas, sed cōnotatiuē seu insinuatē; tametsi, quia formalia eorum significata non sunt entitates vllæ, sāpe sine vlla modificatione dici solent, significare ipsas rerum naturas & essentias.

* Illud etiam est.

NE quis patet denominatio[n]es entis & vniuersitatis, quas dixerat & quæ extendi ad res omnes, quæ sūt in prædicamentis, desumi exceptis quibusdam naturis, quæ ponantur in peculiaribus prædicamentis; quo pacto Auicenna credidit, vnu quod cum ente cōvertitur, denominatiuē dici ab vnitate, quæ ponitur in prædicamento quantitatis; & forsitan aliquis existimet ens, vt significat existentiam, ita denominatiuē dici ab esse seu existentia, quam credat per se in aliquo uno prædicamento collocari, vt verbi causa in prædicamento quando, vt nonnulli recentiores putauerunt, sibi persuadentes, existentiam esse entitatem quandam, à qua cætera omnia creata entia denominantur; ostendit Aristoteles tribus rationibus, vnum ens & quæ dici de omnibus (sumpto ente vt ab existentia dicitur) vt significet vnam tantum candemque naturam, vnitati & existentiæ subiectam, aut quasi subiectam, neque id quod ei addunt, esse aliquam aliam naturam alicuius prædicamenti peculiarem, sed vnum addere solam indiuisivitatem aut indiuisibilitatem, ens au-

B

maliter res denominatas, sed cōnotatiuē seu insinuatē; tametsi, quia formalia eorum significata non sunt entitates vllæ, sāpe sine vlla modificatione dici solent, significare ipsas rerum naturas & essentias.

* Tum quia ex aquo.

Rationes, quibus probat vnum & ens idem significare, hoc est, non aliam naturam veram & realem, quæ earum rerum quas deno-
C minant; hæ sunt: Prima, quia & quæ dicuntur de omnibus, neque addicta sunt ad certa aliqua & peculiaria prædicamenta. Secunda est, quia non plures naturæ proferuntur, cùm Socrates dicitur unus homo, quæ cùm solùm dicitur homo; cedemque modo non plures naturæ pronunciantur, cùm idem Socrates dicitur ens homo, siue existens homo, quæ cùm tantum dicitur homo. Tertia ratio est, quia vnius esse est

D

vniuersusque esse, id est, quia vnitatis cuiusque rei naturam eius conservat in suo esse, vnitatisque dissolutione eam ad non esse redigit. Quæ rationes quam vim habeant, ex cap. 2. libri quarti peti debet, vbi Aristoteles eisdem vtitur.

KsQæla.

Κέφαλαρον ε'.

CAPUT V.

AΝύκειον ἢ τὸ ἐν καὶ τὰ πολλὰ καὶ λαθεῖς τρόπους, ὃν ἔντα τὸ ἐν Καὶ τῷ αὐτῷ θέσει αἰδιαιρέτων καὶ διαιρέτων. τὸ μὲν γὰρ ἡ διηρημένον, η διαιρετὸν, αὐτῆς τοι λέγεται. τὸ δὲ αἰδιαιρέτων η μὴ διηρημένον, ἐν ἑταῖς γοῦν αἱ αὐτῆς τετραχῶς, καὶ τούτων καὶ λαθεῖς τοι λέγεται. Ιστερον, ἀναλόγον αὐτῷ, καὶ ἑτε αἱ αὐτῆς φάσις, ἑτε αἱ αὐτῆς πλευράματα. λέγεται ἡ σκῆναντας, καὶ σημαῖται τὸ ἐν, σκῆναντας τὸ διαιρέτων, η τὸ διαιρέτων ἡτε παλλήντων τοι λόγω πατέρον τὸ πατέρος σκῆναντας διαιρέτων πατέρος αὐτοῦ, καὶ ὅμοιον, καὶ ἵστον. σκῆναντας τὸ πατέρος, καὶ αὐτούς, αὐτοῦ καὶ σκῆναντας τὸ πατέρος διεγάγαμα, τὸ αὐτόν, καὶ ὅμοιον, καὶ ἵστον. σκῆναντας τὸ πατέρος τοι λόγω καὶ δέ. Θμῶν ἐν ή, οἷον, σὺν ταῦται, καὶ πατέροις καὶ τῇ ὑλῇ ἐν. ἔτι δέ αὐτὸν λόγῳ οὐδὲν τοι πεύτης οὐδίας εἰς ή, οἷον αἱ ἵσται χαριματικούς τοι αἴσιαται, καὶ τοιαὶ καὶ τοιούτων τετράγωνα, καὶ τοιαὶ πλεισταὶ τοι τούτης η ἴστης, ἐνότης. ὅμοια

Opponuntur autem multis modis Textus. 9. unum & multa, atque eorum unum. Veritate que ut indivisiibile ac divisibile. quod enim lineis inclusum est aut divisibile, multiplicatio datur, sic si dividitur, sic si quedam dicitur: quod autem indivisiibile, unum & multile, aut non divisibile, unum. Cum igitur istud, ut, tur modis quarum oppositiones existant, &c. & horum alterum expressione dicatur, contraria utique erunt, & neque ut contraddictio, neque ut ea que dicuntur ad aliquid. Dicitur autem unum, ac declaratur ex contrario, ex divisibili, inquam, indivisiibile, quod multiplicatio magis subiecta sit sensibus, & quod divisibile est, quam quod dividendi non potest. Itaque ratione prior est multiplicatio, quam quod dividendi nequit, idque propter sensum. Porro ad unum ipsum pertinet (quemadmodum in divisione contrariorum descripsimus) idem, & simile, & equale. Ad multiplicitudinem vero diversum, dissimile, & inequale. Cum autem idem multiplex sit, uno quidem modo numero idem est, quod inierit dicimus ipsum. Alio autem modo si ratione ac numero unum fuerit, quo pacto tu secum ipse & specie & materia unum es. Item si prima substantia ratio una sit, quo pacto equalis linea recta eadem sunt, & equalia equaliumque angulorum quadrangulara, rameis plura sint; verum in his qualitas unitas quedam est. Simi

EXPLANATIO CAPITIS QUINTI.

Opponuntur autem.

GIT hactenus de uno in se spectato; nunc agere incipit de uno cum multitudine collato, deque iis quae unum & multa consequuntur. Ac primum tradit hoc cap. unum & multa pluribus modis esse opposita inter se: quorum unus est oppositione indivisi-

C 4 bilis

bilis & diuisibilis. Quod enim actu diuisum est ut populus, aut facile diuidi potest, vt aqua & alia liquida, multa dicitur, tametsi id quod actu diuisum est, dicitur multa simpliciter, quod autem facile diuidi potest, non simpliciter multa dicitur, sed proxima potentia. At vnum, dicitur simpliciter de quolibet ente, siue illud sit indiuisibile, vt angelus aut anima rationis particeps, aliisque perfectorum animalium, siue diuisibile quidem sed actu indiuisum, vt aqua quae est in vrceo. Atque haec est præcipua vnius & multorum oppositio, cum sumatur ex ipsa eorum ratione formalis, vt ex supra dictis intelligi potest.

Siquis autem querat cur Aristoteles non potius dixerit vnum & multa opponi inter se oppositione indiuisi & diuisi, quam indiuisibilis & diuisibilis, cum non omne vnum sit indiuisibile, omnisque multitudo potius dicatur diuisa quam diuisibilis: dicendum, nomen indiuisibilis usurpari in hac prima periodo vt etiam significat indiuisum; & nomen diuisibilis, vt complectitur diuisum, quod paulo post & alibi sepe fit; proinde in sequenti clausula vterque horum nominum usus distinetè explicatur.

^b Cum igitur modis quatuor.

EX quatuor generibus oppositionum, duo quidem negat conuenientem vni & multis, contradictionem scilicet & relatiuam; duo vero affirmat, priuatiuam & contrariam, quae duo [alterum] appellat, quod haec duæ oppositiones sunt altera pars totius quarternarij oppositionum, contrariaque priuatiua participet. Semper enim alterum contrariorum est imperfectum respectu alterius. Vnde fit ut contraria nonnunquam dicantur priuatiuè opponi, & priuatiua contrarie, cum tamen nec priuatiuè opposita proprie dicantur contraria, nec contraria priuatiuè, eo quod utrumque contrariorum directò ponitur sub eodem genere, quod non accedit priuatiuè oppositis. Quod autem vnum & multa non sint contradictionia, ex eo perspicuum est, quia semper altera contradictionis pars dicitur de quo quis siue ente siue non ente, cum interim nec vnum nec multa dicatur de non entibus; Est enim vnum nihil aliud quam ens indiuisum, multitudo autem plura vna, vt ita loquar. Quod vero nec sint relativæ

B opposita, manifestum est, cum quia vnum & multa plane sunt absoluta, cum etiam quia neutrum correlativorum est negativum seu priuatiuū, vt est vnum. Nihil tamen impedit quominus vnum & multa alia ratione sint relativæ, nempe quatenus vnum est mensura, multitudo vero est mensurata.

^c Dicitur autem vnum.

Diceret aliquis, pugnare haec cum quæ superius dicta sunt, vbi vnum constitutum est principium ac mensura multitudinis. Nam si vnum opponitur multis, vt indiuisum diuiso, posterius sanè est natura sua, quam multa, nempe vt priuatio quam habitus. Huic ergo tacite obiectioni responderet Aristoteles, dici quidem ac declarari vnum ex suo contrario seu priuatiuè opposito tanquam indiuisum ex diuiso; non tamen tanquam ex aliquo priori simpliciter, sed posteriori, tametsi priori secundum sensum. Est enim multitudo, cum sit magis cōposita, cognitu facilior secundum sensum, quam vnum tantum, & ea ratione prior; quamquam simpliciter posterior habeatur quam vnum, cum ex

vno , atque adeo ex pluribus , vt ita A mus conceptus simpliciter est entis, secundus non entis , inter quæ iam cernitur diuisio huius & non huius, siue inter hoc & non hoc ; tum verò concipitur ens quatenus indiuisionem ac perinde vnum , cuius indiuisione à priori intelligitur , ac declaratur negatione diuisione huius & non huius , quæ est prima omnium diuisionum quæ in omni contradictione cernitur. Hoc fere modo respondet D. Thomas , nōsque eadem responsione vñi sumus ad cap. 2. libri quarti, sed nunc aliquanto clariùs. Posterior autem obiectio hoc pacto diuenda est. Vnum & multa non dici contraria , nisi ratione diuisione & indiuisionis ; at diuisio multorum entium non constat ex ipso indiuisione aut indiuisionibus, sed resultat ex multis entibus indiuisis.

Priori obiectioni responderet Alensis vnum esse natura sua posituum quid & prius multitudine cum eam constitutat, sed tamen significari priuatiuè, quia cognoscitur à posteriori per negationem diuisione, quæ est in multitudine , cum ipsa potius sit natura sua priuatiua vnitatis , quia multa ut multa non sunt vnum. Sed hæc responsio pugnat cum iis quæ ostensa sunt ad librum quartum; vbi probatum est , vnum , ut vnum est, negatiuum ac priuatiuum esse. Respondendum est igitur, indiuisionem vnius ex duplii diuisione cognosci ac declarari posse ; altera est diuisio multitudinis entium: atque hæc posterior est indiuisione vnius, quemadmodum & ipsa multitudo entium est posterior quolibet entium eorum ex quibus constat ; neque indiuisione vnius cognoscitur ex hac diuisione à priori sed à posteriori. Altera est diuisio entis à non ente , quæ prior est ipso vno , & per eam cognosci ac declarari potest eius indiuisione à priori. Nam si naturæ perfectæque intelligentie ordinem sequamur , pri-

T Radit ea quæ consequuntur vnum, ac multa, aitque ad vnu pertinere idem, simile , & æquale; ad multa verò diuersum dissimile & inæquale , quod ait se descripsisse in contrariorū diuisione, hoc est, in libro de Bonis , ut interpretatur Alexander, quo in libro contraria omnia ad vnum & multa redigisse affirmat; vel in 5. libro huius operis cap. 9. & 10. ut vult D. Thomas : quo loco eadem & diuersa oppositæque distinxerat. Est autem idem vnum in substantia , cuius contrarium est diuersum; simile autem vnum in quantitate, cui aduersatur dissimile; æquale verò vnum in quantitate, cui eodem modo inæquale opponitur.

Cum autem idem.
Exponit quot modis dicatur idem, pressius tamen quam in quinto libro fecerat. Eos enim tantum enumerat hoc loco quibus aliqua dicuntur eadem sub genere ; eadem enim D in ge

in genere ipso minus propriè dicuntur, cùm secundum essentiam definitionemque differant. Primus modus est quo aliqua dicuntur idem numero seu idem supposito, non tamen specie, ut hoc album & hoc musicum; si unum & idem suppositum & album & musicum est. Atque hoc unum, seu potius suppositum cuius ratione aliqua sunt hoc modo unum, aliquando appellatur ipsum, quod verbum est propria nota rei singularis per se omnino subsistentis. Quo loco Averroes ait ea esse unum numero, quae numerari non possunt, & Alensis in ore loquendi scholasticorum, quae non ponunt in numerum, quod eodem redit; tametsi uterque generalius sumit unum numero; nempe pro quo quis uno numero ente, nisi subaudiant substantiam concretam, de quo solo genere unius numero, & de iis quae de eo dicuntur, loquitur Aristoteles hoc loco. Secundus modus est, si non tantum sint idem numero seu idem supposito, sed etiam specie, ut Socrates secum ipse collatus, seu Socrates & Sophronisci filius. Haec enim dicuntur unum & definitione specifica, & materia signata, quae unum numero suo modo constituit. Tertius modus est si plures primæ substantiae in ea-

A dem definitione conueniant, quod ijs solis accidit, quae sunt eiusdem speciei insimæ, ut Socrati, & Platoni; tametsi Aristoteles sumit exemplum in lineis & figuris, quibus Pythagorico more pro primis substantiis suppositis utitur; quo pacto duas lineas rectas aequales inter se sunt idem, & dicuntur equalia quadrangula, hoc est, quae non tantum sunt angularium aequalium (ut sunt quadrata omnia, non item omnia quadrangula) sed etiam ipsa in se sunt aequalia. In utroque enim exemplo sumitur aequalitas pro unitate specifica substantiarum, seu pro substantia ipsa una secundum speciem, quae in utrisque eandem definitionem habet, ut homo in Socrate & Platone. D. Thomas in hoc tertio modo comprehendi ait eadem genere, quod reductum potius quam directo admittere. Quae enim sunt eadem solo genere, non simpliciter dicuntur eadem definitione, sed ea sola quae sunt eadem & genere & specifica differentia.

C Hoc loco aduerte, dictio[n]em [ipsum] notam quandam esse primæ substantiarum, seu (quod idem est in creaturis) suppositi. Quod verbum usurpare solitus erat Plato in Ideis, quia credebat eas esse precipuas substantias, ac per se primò subsistentes.

D f simi

Similia ^f vero sunt si cum non simpliciter eadem sint, nec ratione substantia subiecta indifferentia, forma sunt eadem; quo ^g pacto maius quadratum minori simile est, & inqualis linea:

TEx. 11. Texus. 11.

Inequalis namque ha similes quidem sunt, eadem vero simpliciter non sunt. ^h *Alia Graca.* si cum eadem formam habeant que in eo magis & minus fiat, nec magis nec minus sunt. ⁱ *Alia vero si eadem sit passio atque una specie, ut magis ac minus album, similia esse dicuntur,* quod

TEx. 11.

“οὐραὶ δὲ ταῖς μητρῶις ἀπολέως οὐτε,
μηδὲ κατὰ τὴν εὐθίαν αἰδιάφορος τὴν
ταυχερύδιον, κατὰ τὸ εἶδος ταῦτα οὐ. Τοιον
εἶδον τὸ μεῖζον τετράγωνον, τῷ μηκώ
ὅμοιον, καὶ αἱ αἴσιοι διδεῖσι. αἱ δὲ ὁμοιαι μηδὲ αἱ αὐταὶ δὲ πατέλεως, οὐ.” Το
δὲ, εὰν τὸ αὐτὸν εἶδος ἔχοντας ἐν οἷς τὸ
ματέλον καὶ οὗτον εἴσιν, μητέ ματέλον
καὶ μητέ οὗτον! Τοιονταὶ τὸ αὐτὸν τὸ
θέρος, καὶ εἰν τῷ εἶδει, οἷον τὸ λευκὸν
σφόδρα καὶ οὗτον, ὅμοια φασιν εἶναι,

οἱ ἐν τῷ εἰδός αὐτῶν. Καὶ ἡ ἀντικείμενη τοῖς
έχῃ ταῦτα ηὔτε χρυσόν, ἢ ἀπλωτὸν ηὔτε
χειρασίου, κατίτερος δέργυρον, ηὔτε
σῶμα γένους ἢ στολή, ηὔτε αὐτὸν καὶ ταῦτα
ἔργον. Ὅτε δῆλον οὖν καὶ τὸ ἔτερον καὶ τὸ
αὐτόμοιον τολλαχῶς λέγεται· καὶ τοῦ
ἄλλο ἀντικείμενας καὶ τὸ ταῦτο. διὸ
πᾶν τοῖς ἀπαντά, ηὔτε ταῦτα ηὔτε
ἄλλα μη καὶ ηὔλη μη καὶ λόγος θεοῖς. διὸ
σὺ καὶ τὸ τολμόιον, ἔτερον, οὐτοῦ τοῦ τείχου,
ὧς ταῖς τοῖς μαθηματικοῖς. τὸ μὲν δὲ
ἔτερον, ηὔτοντο, Διότε τοῦτο τῶν πολέων
παῖδες λέγεται, ὅστις λέγεται ἐν καὶ οὐ. διότε
ηὔτις αὐτόφασίς ἐστι ηὔτοντο. διὸ καὶ λέ-
γεται οὗτο τοῦ δημόσιαν (τοῦ μη ηὔτοντο
λέγεται). Πεπονιζεῖ τοῦ δημόσιαν. ηὔτις
ἐν, ηὔτις ἐν τεφυκός οὖν καὶ ἐν. τὸ μὲν
οὐσιῶν ἔτερον καὶ ηὔτοντον, ηὔτως αὐτόκτενται.
Διότε φορεῖ καὶ ἔτερότητος, ἄλλο. τὸ
μὲν ηὔτερον, εἰς τοῖς ἔτερον τοῖς αὐτό-
γκη εἶναι οὐνι ἔτερον. πᾶν ηὔτερον,
ηὔτοντο, οὖν διὸ οὐ. τὸ δὲ ηὔτερον οὐνι
ηὔτοντο, οὐνι ηὔτοντο, ηὔτερον. οὐνι ηὔτοντο
ηὔτοντο πάνται οὐ ηὔτερον. τοῦτο δὲ τὸ
αὐτὸν ηὔτοντο ηὔτερον. πᾶν ηὔτοντο ηὔτερον
ηὔτερον ηὔτερον, ηὔτερον, ηὔτερον. ηὔτερον
μὲν, ὃν μητέ εἴσι κανή ηὔλη, μηδὲ μητέσις
εἰς αὐτούλα· οἷον ὅσον ἄλλο χῆμα τὸ
κατηγορέας εἰδόθε, ὃν τὸ αὐτὸν ηὔτοντο.
λέγεται δὲ ηὔτοντο, ηὔτοντο, ηὔτοντο
λέγονται καὶ αὐτῶν οὐσίαν ηὔτερον ηὔτερον.
Ταῦτα δέ οὐνια, καὶ ηὔτων οὐνιώσις,
ηὔτερον πιστός. ὅπις δὲ ηὔτοντο τόπο
τοντούτημεδα, δῆλον σὺν τῷ ἐπαγω-
γῆς. πᾶντα δὲ ηὔτερον ηὔτερον ηὔτερον
μὲν τὸ γένος ηὔτερον. Ταῦτα δέ οὐνια
αὐτὴ συστιχίᾳ τὸ κατηγορέας. οὐτοῦ
τοντούτημεδα ηὔτοντο ηὔτοντο. οὐνια
ηὔτοντο δέ οὐνια αὐτοῖς πᾶν ηὔτοντο
τοντούτημεδα, ηὔτερον.

A quod una siueorum species. Sed et illa
qua plura habent eadem quam diversa,
aut simpliciter, aut qua in promptu finit
vi stannum argento, et aurum igne,
qua ratione flanus ac rufus est. Qua-
re perspicuum est, diversum quo-
que ac dissimile multis modis dici. Ac
uno quidem modo aliud atque idem op-
positie dicuntur: unde si ut quidvis cum
quoniam comparatum vel idem sit, vel
aliud. Alio vero si non est materia et
ratio sit una; qua de causa ut et pro-
pinquis, diversi essent. Tertio autem, ut
illa qua in Mathematicis. Diversum
igitur aut idem propterea quidvis cum
quoniam collatum dicitur, quia unum et
ens aliter: neque enim contradicito est
etiusdem, quo si ut non dicatur innocis-
bus (tamen si dicatur non idem) sed de
omnibus entibus. Aut enim unum est
aut non unum, quod aptum natura est ut
sit, atque unum sit. Diversum igitur ac
idem modo opponuntur. Differentia
vero aliud est, aliud diversas. Nam
que diversum, et id a quo diversum,
non est necesse aliquo esse diversum. Quis-
quid enim ens est, aut diversum, aut
idem est: quod autem ab aliquo differt,
aliquo differt. Quare necesse est ali-
quid idem esse quo differunt: hoc autem
aut genus est, aut species: quicquid enim
differt, aut genere aut specie differt, ge-
nere quidem quorum neque est communis
materia, nec mutua generatio, velut
quorum alia atque alia est predicationis
figura: specie vero, quorum idem est
genus. Dicuntur autem genus id quo ea qua
differunt, idem secundum substantiam
ambo esse discuntur. Contraria vero dif-
ferentia sunt et contrarietas quedam
differentia. Hoc autem a nobis recte
positum esse inductione patet. Omnia
enim differre videntur, nec solum diversa
esse; sed quedam diversa sunt generes,
quedam in eodem predicamentis ordine
locata. Quare et qua species idem sunt, in
eodem sunt generes: sed alibi, quanam eadē
sunt generes, et qua diversa, definitum est.

Gratus co-
dex addit
aut auro, vel,
quam aurum.

Hoc est consi-
dem et di-
versi.
In Graco est,
de non enti-
bus.

Textus. 12.

Textus. 13.

^f Similia vero sunt.

A

^g Quo patet omnis.

DIstinguit modos quibus aliqua dicuntur similia, eosque quatuor esse tradit. Primus est cum aliqua non simpliciter eadem sunt, hoc est, non sunt idem specie seu ratione definitiva (in hac enim significacione paulo ante verba [idem specie] usurabantur) nec sunt indifferentia ratione substantiae subiecta, hoc est, non sunt idem supposito seu ratione materiarum signatae, ac proinde nec sunt idem numero, ut etiam erant hoc album, & hoc musicum, quae alioqui formaliter differunt specie; si tamen habeant aliquam eandem formam. Hoc modo sunt similia omnia quae differunt specie ac numero, si in forma seu natura generis conferantur, aut in aliqua alia accidentaria, aut etiam in aliqua analogica ratione sive essentiali sive accidentaria. Haec enim et si uniuersè non possunt dici similia simpliciter, sed tantum illa quae conueniunt in forma accidentaria, quae sit qualitas eiusdem speciei: Sic conueniunt modo aliquo quae similia dici possunt, quatenus deficiunt ab identitate simpliciter naturae ac definitionis, qualis est identitas specifica. Nam cum minor sit conuenientia similitudinis quam identitatis, ea quae non fuerit eadem simpliciter in natura & definitione, ea ipsa ratione qua non sunt simpliciter eadem, si tamen alioqui sint eadem in aliqua forma, modo aliquo similia dici poterunt. Vnde fit ut cum dicamus homines esse eadem animalia, non dicamus tamen hominem & simiam esse eadem animalia sed similia. Merito ergo fortiori ratione id accidet, cum res diversae & specie & numero conuerterint in analogo aliquo attributo sive essentiali sive accidentario.

PErsistit Aristoteles in exemplis mathematicis, atque cum ante pauca verba accepisset aequalia quadrata pro eisdem specie, eodemque modo lineas rectas aequales, contentaneæ ad exempla illa sumit hoc loco quadrata inæqualia pro diuersis specie, itemque inæquales lineas. forma vero quam in quadratis inæqualibus considerat, esse potest eadem proportio laterum ad latera, & angulorum ad angulos; quemadmodum in lineis aequalibus figura eadem veluti rectitudo earum aut curvitas eadem.

^h Alias si cum eadem.

Secundus modus similitudinis, isque vniuersè omnium propriissimus est, cum aliqua conuenient in forma quae magis & minus suscipit, nec tamen magis ab uno quam ab alio participatur; quo pacto duo aequalia similia dicuntur.

ⁱ Alias vero eadem.

Tertius hic modus imperfectior est, quia conuenientia eius certatur in sola specie; non item gradu quo illa ab utroque subiecto participatur. Quo loco [valde] pro magis sumit, unde fit ut dissimilitudinem admittat quam non admittit secundus modus: quamquam dissimilitudo quae in sola disparitate graduum eiusdem speciei cernitur, inæqualitas appellari solet, quod latitudo gradualis habet rationem extentionis cuiusdam. Quo loco verbum [valde] pro [magis] accipendum est.

^k Sed & illa.

Quartus modus non unam tantum formam respicit, sed plures. Quae enim in pluribus conuen-

D 3

niunt, quām differant aut omnino, aut saltem eorum quæ magis extant & apparent, ea etiam similia dicuntur, ut stannum argento, & aurum igni. Nam stannum & argētūm plura simpliciter habent cōmunia quām propria; sunt enim ambo mista metalla, eiusdem coloris, &c. cū in paucioribus distinguantur, quia propinquæ sunt naturæ. Aurum verò & ignis, et si simpliciter non in pluribus conueniunt, quām differant, (sunt enim diuersæ adinodum naturæ) tamen si visibiles qualitates spectetur, ut flauus color & rubeus, saltem similiora sunt inter se quām sit aurum argento, cui affinis naturæ est.

Non tradidit autem Aristoteles varios æqualitatis modos quemadmodum similitudinis, quia æqualitas, vt ait D. Thomas, non dicitur multis modis, nisi fortasse secundūm diuersas species quantitatis. Quamquam verò & in graduallī latitudine qualitatum cernatur æqualitas & inæqualitas, ea facilimè intelligitur ex æqualitate & inæqualitate quantitatis.

¹. Quare perspicuum est.

Exponit modos diuersitatis, quæ identitati opposita est; & quamquam dissimilitudo etiam multis modis dicitur, quemadmodum opposita similitudo, vt ait; eius tamen modos non explicat: quod ex modis quibus similia dicuntur, facile intellegi possit. Primus ergo modus quo aliqua diuersa sunt, maximè generalis est, nempe quo aliqua nō idem sunt. Namque omne ens cuius enti comparatum, aut idem est cum illo, aut non idem; quicquid autem non idem est cum aliquo (modò vtrumque sit ens) est ab illo diuersum. Secundus modus est quo vna prima substantia diuersa est ab alia prima

A substantia, quia et si ratione seu essentiali definitione conueniunt, tamen materiam signatam diuersam habent; atque hæc quia est diuersitas suppositorū, est maxima omnium realis diuersitas, vt diximus ad cap. 6. libri. 5. cū de distinctione reali ageremus. Tertius modus est quo entia mathematica dicuntur diuersæ; sāpē enim sola consideratione diuersa sunt, vt duo trianguli in quos quadratum diuidi potest, et si suo modo tanquam partes quadrati differunt realiter, vt eo loco diximus.

². Diuersum igitur.

Declarat id quod in exponendo primo diuersorum modo dixerat, ne quis putet quicquid non est idem cum aliquo, esse diuersum ab illo, quasi idem & diuersum contradictionē opponantur. Ait ergo vt quicquid non idem est cum aliquo, sit diuersum ab illo, non satis esse si non sit idem cum illo (sic enim ens & non ens essent diuersa) sed necesse esse vt vtrumque sit ens, quia idem & diuersum non sunt contradictionia, sed contraria quæ supponunt ens & vnum quasi commune subiectum identitatis & diuersitatis. Itaque nō ens potest quidem dici non idem cum ente; diuersum verò ab ente dici non potest, quia oportet esse etiam ens & vnum.

Dicit enim vnum est.

Sensu est, Quicquid enim est sens & vnum; hoc enim significant verba illa [quod aptum natura est, vt sit atque vnum sit] vnum est aut non vnum, hoc est idem aut non idem, si cum quouis ente ac vno conferatur.

³. Differentia verò aliud est.

Dicit quid interfit inter diuersa & differentia. Quamquam enim

enim aliquando differentia vocamus , differreque inter se dicimus omnia quæ quoquo modo diuersa sunt (vt patet ex modis differentium quæ cap.9.lib.5.tradita sunt) pressius tamen differentium nomen Philosophi usurpat, cùm propriè his non minibus vti volunt. Ait ergo vt duo aliqua diuersa sint , non necesse esse vt aliquo diuersa sint , hoc est , vt in aliquo seu potius sub aliquo in quo conueniunt , diuersa sint (quæ est Alexandri expositio:) possunt enim se ipsis primo siue se totis esse diuersa , neque in aliqua verè una natura conuenire , vt substantia & quantitas, & quælibet duæ differentiæ specificæ aut etiam individuales. Id autem ex eo probat, quia quodlibet ens cuiuslibet enti comparatum , aut diuersum ab eo est aut idem cū illo; at inter diuersa, multa sunt quæ in nulla natura una & eadem conueniant. Quæ autem propriè differunt , aliquo differunt , hoc est , sub aliquo veræ vnius rationis & naturæ prædicato, veritatem habent , vt homo & equus sub animali . & Socrates ac Plato sub homine. Itaque differentia omnia , quocumque modo illa sumantur , aliquod idem verè vnum prædicatum habent sub quo differunt , id quod vel genus sit vel species necesse est ; aut enim prædicabitur de differentibus specie, aut de differentibus toto numero , cùm diuersa toto genere nihil vniuersum supra se habeant. Atque haec tenus omnia veritati consonant , tametsi verbis contextui nonnulla vis fieri videatur.

* *Quidquid enim differt.*

SI hæc verba & nonnulla quæ sequuntur accipiuntur in eo sensu in quo ea quæ proximè præcesserunt (vt accipi debere ratio demonstrat) differre genere idem erit

A hoc loco atque differre sub gene-
re , & differre specie , idem quod differre sub specie , sed hoc pacto non rectè definitur ea quæ diffe-
rent genere , id est sub genere , cùm dicuntur esse ea quorum neque est communis materia , nec mutua ge-
neratio , neque ipsa in diuersis præ-
dicamentis ponuntur. Elementa.n.
& alia plurima entia naturalia , quo-
rum est & eadem communis mate-
ria & mutua generatio , continentur
B sub genere substantiæ , aliisque infe-
rioribus generibus , nec sunt in di-
uersis prædicamentis. Si vero hæc in
plano sensu intelligenda sunt , vt differre genere , idem sit quod non conuenire in genere , & differre spe-
cie , idem valeat atque non conue-
nire in specie (nempe infima) pri-
mùm quidem variatur sensus in red-
denda ratione , quod maximum est
vitium. Deinde , cùm dicitur aliquid
differre genere ab alio , usurpatur
sensus improprius vbi proprius tra-
ditur ; nihil enim propriè dicitur
differre genere ab altero , sed diuersum esse. Postremo falsum est asse-
rere quicquid in hoc sensu differt ab
alio , aut genere differre aut specie;
differunt.n. plurima imo infinita so-
lo numero. Quæ cùm ita sint , si pau-
ciora minoraque incòmoda admit-
tenda sunt , dicendū videtur. priorem
C sensum amplectendum esse ; sed vbi
dicitur [genere quidem quorum ne-
que &c.] aliquid deesse vt fiat tran-
itus ab eo quod est differre genere ,
id est , sub genere , ad id quod est dif-
ferre genere , hoc est , diuersum esse
ipso genere. His enim conuenit ex-
plicatio sequens eorum quæ sunt di-
uersa genere , quorum nomine com-
prehendi videntur & quæ sunt di-
uersa genere subiecto , vt-pote ea
quæ constant materia diuersæ ratio-
nis vt corruptibilia & incorruptibi-
lia , inter quæ non est mutua genera-
D tio;

tio; & quæ toto genere prædica-
menti sunt diuersa, ut homo & li-
nea. Id quod etiam ex eo confirma-
tur, quia mox in hoc eodem sensu
ea dicuntur differre specie, id est, ipsa
specie (non autem sub specie) quo-
rum idem est: alioqui inepta eset,
nec vera explicatio, si quis expo-
nendo diceret, ea differre sub specie,
quorum idem est genus, ut patet.
Itaque si contextus deprauatus est
(ut videtur) sic legarem [Alio autem
modo genere differunt (aut potius B
diuersa sunt) quorum neque est
communis materia, &cæt.] quo pa-
cto omnia cohærent.

^a Dicitur autem genus.

Hæc explicatio de differenti-
bus specie intelligenda est, ne
similis speciei infirmæ conueniat. Quo-
etiam loco verba illa[secundum sub-
stantiam] quiditatiam conuenien-
tiam significant, non solam essen-
tiale, ut differentiaz genericæ ex-
cludantur. Quoniam vero contraria

A sunt quæ sub eodem genere maximè
distant, ut aliunde patet, & inferius
explicabitur; addit, contraria esse
differentia quædam, & contrarieta-
tem quandam differentiam.

^b Hoc autem à nobis.

Differentia partim diuersa, par-
tim eadem esse inductione pa-
tere decet: omnia enim non solum
diuersa esse sed etiam differe, inter
se constat, hoc est sub aliquo verè
vnius rationis prædicato esse diuersa.
Nam quæ diuersa sunt, aut sunt di-
uersa genere ipso, seu toto genere,
ut dicitur, quia in nullo genere
conueniunt; aut sunt directè in ea-
dem serie prædicamenti locata, ex
quibus quædam sunt idem genere,
neimpe, quæ differunt specie; quæ-
dam vero sunt idem specie, quæ ea-
dem differunt solo numero, vnde fit
ut sint etiam eadem genere. Ac de-
mum pro luculentiori explicatione
huius rei lectorem reiicit ad cap.
libri quinti.

Κεφάλαιον 5.

Eπεί τὸ μαρφέρεν ἐνδέχεται αλ-
λήλων τὸ μαρφέρον τα πλεῖον καὶ
ἔλαττον, εἴ τις καὶ μεγίστη μαρφρεῖ,
καὶ ταῦτα λέγω ἐναντίων. οὐ δὲ οὐδὲ
μεγίστη μαρφρεῖ, αλλὰ τοῦτο ἐπει-
γωγῆς. τὰ μὲν γὰρ γῆρες μαρφέρεν-
ται, οὐκέτι δέ τοι εἰς αλληλα, αλλὰ
απέχεται πλέον, καὶ αὐτούμνηται.
τοῖσδε τοῖσι μαρφέρουσιν αἱ γῆ-
στις ὅτι τὸ ἐναντίων εἰσὶν αἱ ἐργά-
ταιν. τὸ δὲ ἑσχατον μαρφέρημα, με-
γίστην, αἱστε καὶ τὸ τὸ ἐναντίων. ^b
αλλὰ μὲν τόχε μέγιστην ἐν ἐκά-
τῳ γῆρες τέλειον. μέγιστην μὲν γὰρ,
αἱ μηδὲ εἰσὶν ὑπερβολὴ καὶ τέλειον, οὐ μηδὲ εἰσὶν ἔχει τέλειον λαβεῖν τὸ διωκτόν-

C A P. VI.

Sed quoniam ea que differunt, má-
gis ac minus differre possunt, aliqua
sane est maxima differentia, cāmque
contrarietatem appellat. **E**sse autem ma-
ximam differentiam, inductione perspi-
cum est. Quaenam enim differunt genere,
distant et comparabilia non sunt: ijs
autem que specie differunt, generationes
ex contrariis vi exirent exiit. Distan-
tia vero extremonrum maxima est; qua-
re et contrariorum.

^a **P**orro id quod maximum in unoquoque
genere est, perfectum est. Id enim est ma-
ximum quod non exceditur: perfectū ve-
ro exira quod aliquid accipi non potest:
τέλος.

τέλος γάρ ἔχει ή τελεία διαφορὰ, ὡς αὐτὸν καὶ ταῦτα τοῦ τέλους ἔχειν λεγεται τελεία. τό γέ τέλος, όδεν εἶται. σύχατην γάρ οὐταντί, καὶ πεπίστεψεν. διὸ όδεν εἶται τό τέλος. όδεν πεπρωτεῖται τό δενός τὸ τέλειον. ὅπις μὲν οὐδὲ η̄ συντοτης εἴσι διαφορὰ τέλειον, σήκ τούτου σῆμαν. πολλαχῶς γέ λεγομένων τῶν συντοτῶν, ἀκολυθήσει τὸ τελείως οὕτως, ὡς ἂν καὶ τὸ συντοτοῖς εἴναι ὑπάρχοι ἀντοῖς. τούτων γέ οὐλον, φανερὸν ὅπις ψήκει συντοτης εἴναι ταλείως συντοτης εἴναι. ψήκει τό τέλος διαφορὰ περιτοτης. ταλείως μνοῖς εἶται. όλως τε εἰ εἴσι η̄ συντοτης διαφορὰ, η̄ διαφορὰ μνοῖς. ώστε καὶ η̄ τέλειον. αὐτόγετον γέ καὶ σεῦ ἄλλους ὄρες ἀληθεῖς εἴναι τῶν συντοτῶν. καὶ γάρ ταῦταν διαφέρει η̄ τέλειον διαφορά. τῶν τε γάρ γέται διαφέρονταν, ψήκει εἴται εἶται τερέως λαβεῖν, καὶ τῶν εἰδῶν, διδεκτης ὅπις περιτοτης. τό εἶται τό γέται εἴται διαφορά. τούτων δὲ αὐτὴ μεγίστη καὶ τότε τῷ αὐτῷ γέται ταῦταν διαφέροντα ταῦταν ταῦτα. μεγίστη γάρ διαφορά τούτων η̄ τέλειος. καὶ τότε τῷ αὐτῷ δεκτικῶν ταῦταν διαφέροντα συντοτης η̄ γάρ ύπηρτι ἀντὴ τοῖς συντοτοῖς. καὶ τότε τὰς αὐτὰς διώματαν ταῦταν διαφέροντα. καὶ γάρ η̄ σπουδήμηται εἰν γέται διαφορά μεγίστη.

Textus 14.

A Perfecta enim differentia finem habet, quemadmodum & cetera quia fine habent, perfecta dicuntur, ut extra finem nihil est; ultimum enim est in re quaque, idemque continet. Ita si ut nihil sit extra finem: neque id quod perfectum est, aliquo indiget. Quod igitur contrarie- Textus 14.

B perfecta differentia sit, ex his plenum est. Cum autem contraria multis modis dicantur, ut quaque contraria fuerint, ita illa per se falso sequentur.

C ^d Hac cum ita sint, perspicuum est, ut plura contraria esse non posse: neque enim exiremo quicquam aliud magis extremitate fuerit; neque unius dijunctio plura quam duo extrema. Atque omnino si contrarietas differentia est, differentia vero est duorum, est viue & perfecta.

^e Est autem necesse ceteras contrariorum definitiones veras esse. Etenim plurimum differt perfecta differentia. Nam neque extra ea quae genere differunt, neque extra ea quae specie, quicquam accipi posse demonstratum est, eo quod ad ea quae sunt extra genus, non sit differentia; horum autem bac sit maxima. Sunt etiam contraria que in eodem genere plurimum differunt: maxima enim horum differentia est qua perfecta. Sunt item contraria que plurimum differunt in eodem susceptivo: eadem enim est contrariorum materia. Et que sub eadem potentia differunt plurimum. Etenim sciencia una in uno rerum genere versatur, in quibus perfecta differentia, maxima est.

EXPLANATIO CAPITIS SEXTI.

 Vm inter ea quæ sunt diversa, præcipue considerationis sint illa quæ dicuntur differentia; atque inter hæc peculiares difficultates habeant contraria, quæ sub differentibus contineri paulo antè dicuntur est; aggreditur Aristoteles fusiorem aliquanto de contrarijs disputationem; ac primum tradit hoc capite ipsam contrariorum, quatenus contraria sunt, naturam & rationem. Imprimis ergo docet, contraria esse maximè differentia; quod ex eo colligit, quia cum inter differentia alia magis alia minus differant; necesse sit dari quoque inter ea maximam differentiam; quam ipse primus peculiari nomine contrarietatem appellauit, ut eam à ceteris

teris generibus oppositionum distingueret. Consequentia vero huius rationis ex eo viam habet, quia ubi datur magis & minus tale, dari necesse est aliquid quod maximè tale sit, ne in infinitum abeatur, in rebus præsertim quæ actæ distinctæ sint inter se, cuiusmodi sunt species rerum magis ac minus distantes imperfectione essentiali. Quod addiderim ne de intentione qualitatum aut simili accidentario incremento res intelligatur. Quanquam in ijs etiam verum est pronunciatum cum omnis latitudo accidentaria terminata sit & finita in rebus. Nam neque calor intensior inueniri potest quam in igne, nec maior celeritas motus, quam in primo mobili, & sic se habent cætera. Quare cum ea quæ differunt essentiali discrimine, sub eodem genere sint, ut patet ex superiori capite; Hinc collectam vult Aristoteles contrariorum naturam & definitionem esse ut sint ac dicantur ea quæ sub eodem genere maximè differunt, siue distant.

* *Esse autem maximam.*

Probat inductione inter sola & omnia contraria esse maximam differentiam siue distantiam. Nam quæ differunt seu potius diversa sunt toto genere, viam ad se se mutuò non habent, ut alia ex aliis sint (neque enim substantia vlla sit ex quantitate aut qualitas ex quantitate, etiamsi hæc concretè sumantur) sed plus distant quam ut cōferri inter se possint in eo quod magis aut minus propinqua sint in generatione ad terminum ad quem: id quod tamen inueniri potest in iis quæ sub eodem genere: magis enim propinquum est fuscum albo, quam nigrum, & sic in cæteris: at contraria debent esse talia ut ex se mutuò fieri possint; atque inter hæc quædam sunt media, ut colores qui inter se sunt inter album & nigrum; quædam vltima, ut album & nigrum; ergo cum contraria non sint media, siue cum extremis collata, siue inter se, sed sint ipsa extrema (siquidem media constant ex extremis, contraria vero non item ex suis contrariis) erunt vltimæ contraria extrema ac proinde maxime differentia siue distantia, quod probandum erat. Summa rationis est, sola & omnia contraria sunt ea extrema quæ in generatione

B cernuntur; omnia vero extrema sunt maximè distantia; igitur sola & omnia contraria sunt maximè distantia.

* *Porro id quod.*

OStendit contraria non tantum esse maximè differentia sed etiam perfectè differentia. Id quod probat ex rationibus maximi & perfecti. Maximum enim est quod non exceditur, perfectum autem cui nihil deest, seu (quod idem est) extra quod nihil accipi potest ad eius complementum: hæc autem eadem videntur esse, & se se inuicem comitari. Quod vero perfectum id sit extra quod nihil accipi potest, ex eo concludit, quia perfecta dicuntur, ipso etiam Græco nomine, quæ finem assequuntur sunt. Dicūtur enim τέλος, id est τὸ τέλος, id est à fine; at extra finem nihil est quod acquiri possit, cum sit vltimum, totumque id contineat ad quod actiones cunctæ dirigebantur.

* *Cum autem contraria.*

Sensus loci est, et si contraria multis modis dicuntur, ut patet in initio capitil sequentis, tamen non omnia esse æquæ perfectè distantia siue differentia, sed eo modo quo sunt contraria.

E

Hac

Hec cum ita sint.

Colligit ex dictis, vni plura contraria esse non posse, idque tribus argumentis quæ perspicua sunt. Quo loco illud [est utique & perfecta] hunc sensum habet [est utique duorum (atque adeo potiori ratione) ipsa perfecta differentia.]

Est autem necesse.

Dicit, omnes alias definitiones siue explicaciones, quæ de contrariis verè traduntur, ea ratione veras esse, siue aptas, quod cum tradita definitione congruant. Proinde non eas omnes refert hoc loco quas 10. cap. lib. 5. attulerat, quod prima eorum & ultima multa coimperantur non verè contraria, quod alterum sit in uno prædicamento, alterum in alio, aut etiam in nullo, ut ex eo loco perspicuum est. Prima igitur eorum, quas hic commemorat, est quæ contraria dicuntur ea quæ plurimum

A differunt. Quam esse veram explicationem, tametsi haud completam, ex dictis constare docet. Quæ enim plurimum differunt, perfectè differunt ac proinde maximè. Nam perfectum est id extra quod nihil accipi potest, quod ad eius complementum pertineat: at extra ea quæ genere differunt, nihil accipi potest quod ad differentiam rerum spectet, quia quicquid id sit, erit non ens; neque etiam extra ea quæ specie differunt, quia si differant genere, iam non erunt propriè differentia; quare nec maximè different: unde reliquæ est ut tradita explicatio ijs solis conueniat, quæ maximè differunt specie. Secunda est, qua contraria dicuntur quæ plurimum differunt in eodem genere; inter quam & eam quæ hoc cap. tradita est, nihil interest, nisi quod altera utitur verbo maximè, altera verbo plurimum. Reliqua perspicua sunt, præsertim legenti quæ diximus ad caput citati libri quinti.

Κεφάλαιον ζ.

Text. 15.

Πρώτη δὲ ἡ ἐναντίωσις, ἔξις καὶ στροφή εἰσιν· τὸ πᾶντα δὲ σέρποις (σωλαχῶς γὰρ λέγεται καὶ σέρποις) αἱ τῆς αὐτῆς τελεία. Ταὶ δὲ αἱτα ἐναντία, καὶ τὰυτὰ λεχθήσεται, ταὶ μὲν τῷ ἔχειν, ταὶ δὲ τῷ τοιειν ητοιητικὰ εἶναι. Ταὶ δὲ λειψεῖσι εἶναι καὶ διπλαῖς τάτων, ητοι αἱ ἐναντίων. εἰδῆς αὐτοῖς μὲν αὐτοῖς φασις καὶ σέρποις καὶ ἐναντίοτης, καὶ ταὶ τοιειν τῷ τάτων δὲ πρῶτην αὐτοῖς φασις· αὐτοῖς δέσεως δὲ μηδὲν εστὶ μεταξύ τῶν δὲ ἐναντίων ἐνδέχεται. ὅπις μὲν οὖν τοῦτον αὐτοῖς φασις, ταὶ δὲ ἐναντία, σῆμα. ητοι δὲ σέρποις αὐτοῖς τις εἰσιν. ητοι τὸ αἰλιώτην ὄλων εἶχεν, ητοι αὐτοφυκός εἶχεν μηδὲν, εἰσέρηπται, ητοι ὄλως, ητοις αὐθεριστέρα.

CAPUT VII.

Text. 15.

Prima vero contrarietas habitus est priuatio est: verum non omnis (multis enim modis priuatio diciatur) sed ea demum quæ perfecta fuerit: cetera vero contraria ex his dicuntur, alia quidem quod hac habeant; alia vero quod faciat, aut facere possint; alia, quod horum acceptiones aut abiectiones sint, aut aliorum contrariorum.

Dicit igitur opposita sunt contradic̄tio, priuatio, contrarietas, & eā qua sunt ad aliquid: horum autem primum est contradictionis: contradictionis vero nullum est medium, cum interim contrariorum esse contingat; illud profecto conflat, non idem esse contradictionem atque contraria.

Priuatio vero contradictionis est quædam. Aut enim habere omnino non potest; aut quod cum natura aptum sit, ut habeat, non habet tamen, id priuatum est, aut omnino, aut modo aliquo definitum: multis

τολλαχῆς γὰρ ἡδη τὸτε λέγομεν, οὐδὲ διήρηται ἡμῖν ἐν ἀλλοις. ὡς ἔστιν η σέρηπος αὐτίφασίς περ, η ἀδιωματία διορθεῖσα, η σωσιλημαρδή τοῦ δεκτίκω. διὸ ἀντιφάσεως μὲν όπερεν ἔστι μεταξύ, σέρηπος δὲ πινός ἔστιν. ίσον μὲν γὰρ οὐδὲν ἔχει ἵσον, πᾶν. ίσον δὲ οὐδὲν αὖτις μόνον ἐν τῷ δεκτίκω τῷ ἴση. εἰ δὲ αἱ γνώσεις τῇ ὑλῃ σχετικά τοις ἐναντίων γέγονονται, η, η σχετικά τοις εἰδουσι καὶ τοῖς εἰδουσι ἔξεστος, η σχετικά τοις πινότοις τοῖς εἰδουσι καὶ τοῖς μορφῆς φύγοντος οἵτινες μὲν ἐναντίωτοι, σέρηποις δὲ τοῖς εἴη πᾶσα, η σέρηποις ἰσως οὐ πᾶσα ἐναντίοτης. αἴποι δὲ οὐδὲ τολλαχῆς ἐνδέχεται εἰσερηθῆναι τὸ εἰσερημένον. εἰς ὧν γὰρ αἱ μεταβολαὶ ἐχάστων, ἐναντία. Κατα. Φανερὸν δὲ καὶ διὰ τὸ ἐπαγωγῆς. πᾶσα γὰρ ἐναντίωτος ἔχει σέρηπον θατέρου τῶν ἐναντίων, αὖτις όπερεν ὁμοίως πάντα. αὐτούτοις μὲν γὰρ ισότητα, αὐτούτοις γάρ οὐδὲν μόνον η εἰσερημένον, τὸ δὲ άλλο η ποτε, η ἐν πινό. οἷον δὲν σχετικά οὐδὲν, η τῷ κυρίῳ, η πάντη. διὸ τοις μὲν ἔστι μεταξύ, η ἔστιν οὔτε αὐγαθὸς αὐθρωπότοις οὔτε κακός, τὸ δὲ όπερεν, αὖτις αὐτάγκη εἴναι η πειστόν, η αρνούν. επειδὴ μὲν ἔχει τὸ ὕποκειμένον ὠργομένον, τοις δὲ οὐ. οὐδὲ Φανερὸν οὐδὲ θατέρου τῶν ἐναντίων λέγεται.

Τιτ. 17. ταῦτα κατὰ σέρηπον. δούλοις δὲ καὶ τὰ πρώτα καὶ τὰ γήνη τῶν ἐναντίων, οἷον τὸν καὶ τὸ πολλόν. Τοῦτο δὲ εἰς

A multis enim iam modis hoc dicimus, ut alio locis à nobis explicatum est. Itaque priuatione contradictione quadam est, aut impossibilitas definita, aut cum suscepimus comprehensa. Quia de causa contradictionis medium non est, cum tamen sit priuationis cuiusdam. Aequale enim aut non aequale est quiduis: aequale autem, aut inaequale non item, nisi eo quod aequalitatis est capax.

B Quod si generationes in materia ex contrariis fiuntur, (sunt autem ex forma, & forma habitu, aut ex quadam priuatione forma) perspicuum est, omnem quidem contrarietatem priuationem esse quamdam; priuationem autem non omnem forisesse contrarietatem esse. Causa vero est quia multis modis priuationes contingunt, quod priuatione est: ex quibus enim extremis transmutationes fiuntur, ea contraria sunt.

C Id etiam inductione perspicuum est.

Omnis enim contrarietas priuationem habet alterius contrariorum. Sed non si vbi dicuntur, militer omnia habent: inaequalitas enim si prima generatur aequalitatis; dissimilitudo, similiter contrariorū; virtus, vice. Differunt autem, ut dictum est. Aliud enim, maius generaliter solum carcat; aliud, si aliquando, contrariorum; aut in aliquo, veluti in estate quadam, absque virtute in eo quod perspicuum est, aut omnino. Ex qua refutare querundam sit (qua) est medium, fierique posse ut homo nec enim sit in bonis sit, nec malis; querundam vero non sit, sed sit necesse ut aliquid pars tantum ornari aut impar. Ad hec sunt quae habent certum subiectum; alia, quae non sive apposita habeant. Unde patet, semper alterum videtur, quod contrariorum ex priuatione dici. Satis visibilissimum vero est si prima, generaque contradictionis est. Nec vlleriorum, qualia sunt unum & multa, in Graco sexaginta. Celera enim ad bac reducuntur. Ia.

EXPLANATIO CAPITIS SEPTIMI.

Cum explicasset naturam contrarietatis, siue contrariorum, ut contraria sunt, confert hoc capite contrarietatem cum ceteris oppositionibus, primùmque cum priuatiua oppositione, quia hæc duo oppositionum genera sæpe communicant in nomine contrarietas. Non raro enim habitus & priuatio vocantur contraria, quo pacto appellantur in Physicis, cùm agitur de principiis rerum naturalium, quorum duo contraria esse dicuntur, forma nimirum & priuatio formæ. Ut igitur Aristoteles ostendat latius patere oppositionem priuatiuam quam contrariam, vt ut hoc pronunciato: Primam contrarietatem (sumpto videlicet contrarietas nomine, ut extenditur ad priuatiuam oppositionem) esse habitum & priuationem, non quancumque tamen, sed perfectam, hoc est, quæ supponit subiectum aptum, & omnino priuat habitu seu forma, cùm interim multis alijs modis priuatio dicatur, ut patet ex cap. 22. lib. 5. Hinc enim patet habitum & priuationem ad plura distendi quam ad contraria proprie dicta seu positiva ex utraque parte. Nam quod etiam huiusmodi contraria reperiatur habitus & priuatio, planè constat in aspectu & cæcitate, ceterisque pure priuatiue oppositis. Quod verò cernatur in omnibus positiuè contrariis, probat Aristoteles, cùm ait cætera contraria ex habitu & priuatione dici. Nam ea quæ sunt perfectè contraria, siccirco talia dicuntur, quia habitum & perfectam priuationem inducunt, ut calor & frigus: neque enim calor quicquam includit frigoris, aut frigus quicquam caloris. Alia verò analogica communicatione dicuntur contraria; aut quia actu efficient huiusmodi contraria, ut calefaciens & frigefaciens; aut quia sunt eorum effectiva ut calefactuum & frigefactuum; aut quia sunt motus ad illa vel ab illis, ut calefactio & frigefactio (semper enim generatio unius contrarij est coniuncta cum corruptione alterius) aut denique sunt acceptiones abiectionesve aliorum contrariorum quæ perfectè contraria non sunt, sed media inter se comparata aut cum extremis. Quo ultimo membro innuit Aristoteles, complura etiam dici posse contraria, vel quia imperfectè participant habitum & priuationem, ut colores medij, vel quia hec efficiunt, vel etiam quia horum effectiva sint. Adde etiam siue immediate, ut qualitates ipsæ, siue mediate, ut substantiae subiectæ, velut ignis, aqua, & similia, quæ etiam nonnumquam dicuntur contraria. Atque hæc eadem distinctio immediate aut mediata efficientis vel effectiui, in iis etiam quæ perfectè contraria sunt, intelligenda est.

Fundamentum huius totius doctrinæ est, semper alterum ex contrariis positivis esse imperfectum comparatione alterius. Inde enim prouenit ut alterum includat modo aliquo priuationem alterius, seu perfectè ut extrema, seu imperfectè, ut media.

* Si igitur opposita sunt.

Confert contrarietatem cum contradictione; atque contra-

ditionem, hoc est, contradictione (sumit enim hoc loco sæpe abstracta pro concretis) & contraria non idem esse. Ratio verò huius conclusionis est.

est: quia cum quatuor sint oppositorum genera, nempe contradictoriè, priuatiuè, contrariè, & relatiuè: Contradicторia quorum est prima & maximè generalis oppositio, ut paulo post patebit; non admittunt medium, cum de quolibet siue ente siue non ente necesse sit affirmare quidlibet, aut negare; & tamen contra omnia propriè dicta (de quibus hic loquitur) media admittunt, ut etiam inferius patebit. Aduerterem rationem Aristotelis non solum B concludere potuisse contradictoria non idem esse atque contraria; sed etiam suo modo in contrariis includi ac participari. Semper. n. vnum ex contradictoriè oppositis dum excludit media omnia, excludit quicquid aliud est aut cogitari potest præter se: at in contrariis alia ratio est: dum enim admittunt media, non excludunt quicquid aliud quam suum contrarium: Vnde patet, exclusione contradictiū esse maximè generali, contrariorum autem esse particularem, & quodammodo sub ea contentam, aut potius ab ea decerpitam.

Prinatio vero.

C Onfert priuatiuam oppositio nem cum contradictoria, docetque, priuatiuam esse quandā contradictionem, quod nimis partim conueniant, partim differant, contradictioque generalior sit in excludendo. Quod ut explicet, distinguit priuationem, in eam quæ supponit subiectum omnino ineptum ad formam qua caret, quo pacto dicimus lapidem cæcum, & desertum silens: & in eam quæ supponit subiectum natura sua aptū ad formam qua priuatum est, siue illud priuatum sit omnino, ut homo perfectè claudus pedibus, siue aliqua ex parte, ut is qui ineptos habet ad ambu-

A landum. Vocat autem subiectū modo aliquo definitum, illud, quod aliqua ex parte & non omnino priuatum est, quia priuatum est modifica ta & determinata quadam ratione. Hac distinctione posita, cuius fusiōrem explicationem ad quintum librum reiecit, ex eo probat, priuatiuam oppositionem esse contradictionem quandam; quia aut est impossibilitas definita, hoc est oppositio addicta ad subiectū aptū natura sua (vocat. n. impossibilitatem ipsam oppositionem), quia opposita non possunt esse simul, aut cum suscep tio compre hensa, hoc est, aut saltem cum subiecto inepto ad formam simul accepta: Semper. n. pri uatio supponit subiectū aut aptū aut ineptum. Ex quibus iam sequitur, priuationem esse particularem quandam contradictionem, in eoque cum contradictione conuenire, quod utraque habitum seu formam negat: in eo autem differe, quod contradic̄tio negat simpliciter, nullum subiectū supponens: priuatiua autem oppositio non negat formam simpliciter, sed limitatē in subiecto quod supponit. Vnde illud aliud discrimen nascitur, quod contradic̄tio excludat opine medium, quia & subiectū; priuatio autem non excludit medium, quia nec subiectū. Verbi causa, æquale & non æquale nullum supponunt commune subiectū, cum dicantur de quovis siue ente siue non ente, non habent medium; at æquale & inæquale, quia supponunt subiectū quantum, ha bunt medium, nempe nec æquale nec inæquale, quod dicitur de plurimis entibus, & de omnibus nos entibus.

Quod si generationes.

E T si ex iis quæ dixerat initio capitis, constare posset, contra

rietatem esse quandam priuationem A sit contraria. Non posse autem omnem participatam, eo quod illam suo modo includat; tamen id clarius ostendit hoc loco, & ratione & inducione. Ratio est, quia generationes (adde aut corruptiones) dicuntur fieri in materia & ex contrariis: cum igitur fiant ex forma, aut (quod idem est) ex habitu formae seu forma habita; & ex priuatione formae, tanquam ex duobus extremis (generatio enim siue substantialis siue accidentalis, tedit a priuatione ad formam, & corruptio a forma ad priuationem) perspicuum est, contrarietatem, esse quandam priuationem, hoc est, includere priuationem.

Aduerte autem, cum motus, ut distinguitur a mutatione siue generatione & corruptione, fiat a subiecto in subiectum, id est, a termino positivo in positivum, in quo quis motu includi duas mutationes, corruptionem videlicet termini a quo, & generationem termini ad quem, & ideo semper in eo includi duos habitus seu formas & duas priuationes. Quatenus. n. est corruptio termini a quo, procedit a forma ad priuationem: quatenus autem est generatio termini ad quem, procedit a priuatione ad habitum.

** Priuationem autem non omnem.*

Qvia contrarietas non est omnino priuationia oppositio, sed eam suo modo includit ac participat; inde prouenit ut si omnis oppositio contraria priuationia dici possit, ut probatum erat, merito tamen hoc loco doceat Aristoteles non omnem priuationam esse contrariam. Addit autem [fortasse] quia si contrariorum nomen sumatur communiter, ut politua & priuationia contraria comprehendit (quae significatio initio capituli usurpata est) non dubium est quin omnis priuationia

priuationam dici contrariam nempe propriè & peculiari ratione, ex eo probat, quia latius patet priuationia. Quouis enim modo aliquid careat aliquo, dicatur illo priuationum eo modo quo illo caret; hac enim ratione etiam medijs colores priuati sunt, seu carent extremis, quibus tamen modo aliquo participat. At contraria ipsa extrema ad quae ultimo terminatur generationes, ut album omnino & omnino nigrum, non quo quis modo alia, alia carent, sed extreme ac omnino.

** Idem etiam inductione.*

IAm probat inductione contrarietatem esse priuationem participatam, siue includere priuationem, ut ostendit in æqualitate & inæqualitate, similitudine & dissimilitudine, virtute ac vito: posteriora enim includunt priuationem priorum, suntque eorum veluti priuationes. Addit tamen alio atque alio modo diversa contraria censeri priuationes suorum contrariorum. Vno quidem modo si contraria ipsa spectentur. In aliis enim non habetur ratio nisi solius, ut ita dicam, carentiae, qua unum quo quis modo caret altero, siue perfecte, inquam, ut perfecte nigrum, siue imperfecte, ut quod imperfecte est. In aliis habetur ratio temporis; veluti ætatis humanæ in qua usus rationis exercetur; quo pacto pueri non dicuntur virtutibus priuati, quemadmodum nec vitiis obnoxij. In aliis habetur ratio certæ partis, in qua insunt contraria; ut in bona habitudine oculorum, & morbo contrario, quo pacto ceteræ partes animalium non dicentur carere bona habitudine ad videndum: quemadmodum nec sunt morbo contrario obnoxiae. In aliis denique ipsa etiam contraria hoc postulant ut sunt

sint in toto subiecto , aut in praeci- A
puis eius partibus, ut elegantia cor-
poris , & ineptitudo siue inclegantia
contraria, qua proinde non dicemus
priuatum digitum, aut quid simile :
cum in eo nec elegantia locum ha-
beat. Alio verò modo contraria cen-
sentur priuationes suorum contra-
riorum , si spectentur eorum subie-
cta. Alia enim sunt certa & pecu-
liaria , seu necessariò illa sibi alte-
rum eorum vendicent, ut numerus B
paritatem vel imparitatem , & ani-
mal sanitatem vel morbum; seu con-
tingenter, ut homo virtutem aut vi-
tium. Alia non sunt peculiaria , ut
subiectum albedinis & nigredinis ,
caloris & frigoris. Vnde colligit
Aristoteles , primū quidem quædam
contraria habere media , cuiusmodi
sunt illa quæ certum subiectum sibi
non vendicant, aut si vendicant, alte-
rum eorū non necessariò inest: quæ-
dā verò habere media , qualia sunt
ea omnia quæ ut certum subiectum
postulent , & eorum alterum neces-
sariò conuenit; quorum exempla ex-
dictis patent. Deinde colligit , id
quod præcipue ostenderat , semper
vnu ex contrariis ex priuatione dici,
siue alterius priuationem includere,
eiùsque priuationem censeri , illud;
inquam , quod imperfectius est , ta-
meti id alio & alio modo accidat, ut
patet ex dictis.

D

¶ Satis verò est.

ET si probatum non esset , semper
vnum ex contrarijs censeri pri-
uationem alterius : addit tamen id
ostendi posse ex primis contrarijs;
quæ sunt vnum, & multa ad quæ ce-
tera omnia reuocantur , ut superius
dictum est , ut æquale & inæquale,
simile & dissimile , idem & diuer-
sum, sub quo differentia continen-
tur , quæ sub se continent contraria
propriè dicta seu positiva. Omnia
enim huiusmodi contraria sunt
differentia , non item omnia differ-
entia sunt contraria. Cum igitur
vnum opponatur multis , ut indiu-
m diuiso , quæ priuationem & ha-
bitum significant, relinquitur , cetera
omnia contraria sic opponi , ut
vnum censeatur priuatio alterius.

Ex iis quæ dicta sunt in hoc cap.
perspicuum est , contradictionem
esse primam, maximèque generalē
oppositionem ; secundam verò pri-
uationam, tertiam denique contrariā,
quæ cum superioribus tantum col-
lata est: prætermissa est enim in col-
latione oppositio relativa , quia re-
latiū opposita in eo non conueniunt
cum ceteris , quod se inuicem po-
nunt, ac tollunt; quæ conditio aliena
admodum videtur à conditione op-
positorum.

Κεφάλαιον η.

Eπειδὴ ἐν ἐνὶ ἐσὶν ἔντεινον , δοτ-
ρύσθεν αὖ θεοὺς πᾶς αὐτίκειται τὸ
ἐν. καὶ τολλαῖ (ταῦτα ἀλλα εἰς ταῦτα
αναγέλλει) καὶ τὸ ισον τῷ μεγάλῳ οὐ
τῷ μικρῷ. τῷ γὰρ τότερον ἐν αὐτῷ θέ-
σει αἱ λέγομεν, οἷον τότερον λαβυρῖνθον,
ἢ μέλαν· καὶ τότερον λαβυρῖνθον,ἢ τὸ λα-
βυρῖνθον τὸ ἄνθρωπον τὸ λαβυρῖνθον,
ἢ λέγο-

C A P V T V I I I .

CVm autem vnum uni contrarium
sit, dubitabit fortasse aliquis , quo-
nam pæsto vnum & multa opponantur. In Graco hec
& aquale. magno ac paruo. Hoc enim per parnibō-
verbo, Virūm, semper in oppositione uti
solemus, volūti, virūm album an ni-
sur (cetera
grum sit , & virūm album an non
reducuntur.)
album ; ac virūm homo sit an album,
non

χλέγομέν, εἰς μὴ ἐξ ὑποθέσεως, καὶ οὐ πράγματες, διὸν τὸ τόπερον ἥλθε κλέψων ἡ Σωκράτης· ἀλλ' όχι αὐτούχη τὸν ψεύτην οὐδέ τοῦτον ἅλλα οὐκ τοῦτον σκέψεν ἐλήλυτε. Τοῦτο αὐτοκένδρα μόνα εἴς συδέχεται αἷμα υπάρχειν· ὡς καὶ σταύρῳ χρητεῖται, τὸν τὸ τόπερον ἐλέγειν. εἰ γὰρ αἷμα συδέχεται, γελοῖον τὸ ἔρωτικα· εἰ δὲ οὐκ θάτως, ὁμοίως σκητῆς εἰς ἀντίθεσιν, εἰς τὸ ἐν τῷ τοῦτον· οὗν τὸ τόπερον αἷμα φότεροι ἥλθον, οὐτε πάλιν.

Text. 18.

εἰ δὴ τοῖς αὐτοκένδροις αἵτινα τὸ τόπερον οὐ ζητοῦσι (λέγεται δὲ τὸ τόπερον μεῖζον η̄ ἐλαστόν, η̄ ἴσον) πίστις εἰς τὸν οὐδέποτες τούτοις τὸ ίσον. ὡς δὲ τὸν τοῦτον οὐδείσσοντα εἶναι, η̄ ἐνί. οἱ γὰρ τὸν τοῦτον οὐδείσσοντα εἶναι αἷμα αἷμα φοῖν, εἴπερ μὴ αὐτοκένδρον αἷμα φοῖν· οὐ γὰρ μᾶλλον, η̄ τὸ μείζον, η̄ τὸ ἐλαστόν; ἐπι τὸν αὐτὸν, σκητῶν τὸ ίσον. ὡς δὲ τὸν τοῦτον οὐδείσσοντα εἶναι, η̄ ἐνί. οἱ γὰρ τὸν τοῦτον οὐδείσσοντα εἶναι αἷμα αἷμα φοῖν, εἴπερ μὴ αὐτοκένδρον αἷμα φοῖν· οὐ γὰρ μᾶλλον, η̄ τὸ μείζον, η̄ τὸ ἐλαστόν; ἐπι τὸ μείζον μεταξὺ Φαίνεται μεγάλου καὶ μικροῦ σκητῶν οὐδείσσοντα εἶναι, η̄ τὸ μεταξὺ τοῦ Φαίνεται μεγάλου καὶ μικροῦ; αἷμα φοῖν αὖτε διπλός τοῦτον τὸν τοῦτον λέγεται, τοῦτο δὲ τὸ τόπερον οὐδείσσον τὸ τόπερον μεῖζον, η̄ ἴσον· η̄ τὸ τόπερον ἴσον, η̄ ἐλαστόν· ἀλλ' αὖτε τούτον οὐ σέρπεται οὐδὲ αὐτούχης· οὐ γὰρ τοῦτον, οὐ μείζον η̄ ἐλαστόν· ἀλλ' εἴς οὐδὲ φύκεται σκητῶν·

Text. 19.

A non dicimus nisi ex hypothesi, querendaque gratia, veluti, utrum Cleon venit, an Socrates. Verum hoc non est necesse in genere ullo; sed et hoc illinc est profectum. Sola enim opposita simul esse non possunt, quod hic etiam usurpatur cum queritur uer venit; si enim id simul contingere, ridicula esset interrogatio. Quod si et hoc pacto queres, eodem modo in oppositionem incidet in unum, inquam, et multa, cum virum ambo venerint, an alter. Si igitur quaestio per Virum, Text. 18.

B semper est in oppositis; dici autem sollet, virum maius aliquid sit, an minus, an aequalis; quemam est ad illa ipsum equalis oppositio? Neque enim alterius tantum contrarium est, neque viri que cur enim maiori potius quam minori? Praeterea et inaequalis aequalis contrarium est: quare in pluribus quam in uno erit. Quod si inaequalis significat quod ambo, erit viri ambobus oppositum. Ac dubitatio iunat eos, qui inaequalitatem dualitatem esse dicunt. Text. 19.

C At sequitur, uni duo esse contraria, quod fieri nequit. Praeterea aequalis quidem, medium inter magnum et parvum esse videtur; contrarietas autem nec videatur media, neque ex definitione id fieri posset; neque enim perfecta esset, si alium media esset, cum potius semper medium aliquid suis ipsius habeat.

D Reliquum est igitur ut vel tranquillum negatio vel tranquillam priuatiō opposonatur. Ac alteri quedam fieri nequit: cur enim potius magno quam parvo? Viriusque igitur negatio priuatiō est. Quo si ut ad utrumque dicatur virum, ad alterum vero minimē, ut verum maius an aequalis; aut virū aequalē an minus, sed semper ad tria referatur.

E Nō autē priuatiō est necessario. Neque enim id omne aequalē est; quod nec maius nec minus est, sed in quibus illa inesse sunt apia. Est igitur id aequalē, quod nec

τα
μέγετα

μέγα, μήτε μικρὸν, τε φυκός² μέγα Α magnum, nec paruum est, apertum autem natura, ut magnum aut paruum sit; opponiturque viri, ut priuatinus negatio.

Quapropter & medium est, & quod nec malum nec bonum est, viriique opponitur; sed nomine caret. Multis enim modis virumque diciuntur, neque unum est susceptiuim, sed magis quod nec album est, nec nigrum; nec tamen hoc unum dicitur, sed definiti quodammodo colores, in quibus negatio hac priuatinus dicitur: aut enim fuscus sit, aut pallidus, aut tale aliquid designatum necesse est. Quocirca & non reple succentur, qui omnia eodem modo dici existimant, ut inter calcem & manum id si medius, quod nec calceus nec manus sit, quandoquidem quod boni & malorum est medium, nec bonum, nec malum est: quasi inter omnia sit medium aliquid. Hoc vero non necessario sequitur. Negatio enim, que simili opposita comprehendit, eorum est quorum aliquid est medium, & intermedium quoddam à natura constitutum: at istorum non est differentia. In alio enim genere non sunt; quorum negationes plura comprehendebant. Ita si, ut quod subiectum sit, non unum sit.

Grat. deest
negatio, sed
Alexander
adendam
putat.

EXPLANATIO CAPITIS OCTAVI.

 **S**icut hactenus de contrariis, eaque cum ceteris oppositorum generibus contulit: nunc duas proponit dubitationes ex eo ortas quod supra dixerat, vni vnum tantum esse contrarium. Earum altera est, Quoniam pacto vnum & multa dicantur contraria, de qua disputabit capite sequenti. Nam si vnum contrarie³ opponitur multis, cum eisdem opponantur pauca, iam non vni tantum sed pluribus vnum contrarium opponetur. Altera, quam in hoc cap. discutit, haec est, Qui fieri possit ut æquale sit contrarium magno & parvo, quæ nomine inæqualis comprehenduntur, cum magnum & parvum non vnum sint, sed multa.

Differendi more suadet, primum
æquale magno & parvo esse
In Met. Arist. Fonsecæ comm.

* *Hoc enim verbo.*
contrarium. Prima ratio est, quia particulam, Vtrum, non usurpamus nisi in oppositis; dicere autem sole-

Tom. 4.

F

mus.

mus, utrum hoc vel illud sit æquale A cè significat: quo sit ut æquale sit alterius, et verò magnum aut paruum respectu illius; opponitur ergo æquale & magno & paruo, ut duobus contrariis. Neque enim dici potest opponi eorum vni, non alteri, cum pars sit in utroque ratio; neque etiam utriusque, si verum est quod superius pronunciatum erat, Vnum vni tantum esse contrarium. Maiorem propositionem exemplis quibusdam declarat, ostendens recte usurpari verbum in albo & nigro, in albo item & non albo, ceterisque contrariis & contradictoribus, non autem in iis quæ non sunt opposita, veluti in albo & homine, in Cleone & Socrate, nisi ex suppositione. Non recte enim quis dicat, Utrum aliquid albū sit an homo, cum utrumque verum esse possit; neque utrum venerit Cleon an Socrates, quia cum non sint oppositi, nec eorum aduentus in eodem tempore repugnant, non est necesse ut alter tantum venerit, quod idem accidit in ceteris generibus, cum res de quibus agitur, non sūt oppositi: tametsi ex suppositione recte usurpari potest dictio, utrum, in iis quæ non sunt opposita; ut si quis in proximo exemplo ponat alterum tantum, vel Cleonem vel Socratem venisse: tum enim recte queri potest utrū venerit: alioqui ridicula esset interrogatio. Quamquam addit Aristoteles, si quæstio reuocetur ad unum & multa, tum posse sine suppositione usurpari verbum, utrum, velut si dicas, Utrum alter venerit, an utrumque: alter enim ad unum spectat, utrumque ad multa.

¶ Præterea inæquali.

Secunda ratio est; Quia æquale contrarium est inæquali, at inæquale aut est commune magno & paruo, aut inæqualis nomen utrumque iminendat ac profinde æquiu-

¶ Ac dubitatio.

Pythagoræ autoritate idem confirmat, quod inæqualitatem nomine dualitatis significasset. Ac meritò quidem, quia cum unitas ad æqualitatem pertineat, eo quod æqua sunt unum in quantitate; dualitas, quæ primum principium divisionis est, ad æqualitatem pertineat, necesse est, quam siccirco recte significabit.

¶ At sequitur uni.

Dubius item rationibus oppositum suadet, æquale, inquam, non esse contrarium magno & paruo, tum quia alioqui unum duobus esset contrarium, quod fieri non posse, superius ostensum est; tum etiā quia æquale videtur esse medium inter magnum & paruum, media verò non sunt extremis contraria, ut recte ex definitione contrariorum patet: nam si essent iam contrarietas, perfecta distantia non esset (quæ est sola extrema) cum potius contrarietas semper medium aliquid sui ipsius habeat, hoc est, cum potius contraria ipsa ex eo quod extremæ sunt, semper aliquid medium inter se habeant; quod quo pacto verum sit, inferius parebit. Addit Cometator, non solum æquale non esse contrarium magno & paruo, sed nec magnum & paruum esse inter contraria, quia datur maius magno, & minus paruo, quæ inter se distant. Quæ tamen probatio nihil habet momenti. Sic enim concluderes, album non esse nigro contrarium, quia aliquo albo datur aliud albius, & aliquo nigro nigrius.

¶ Reliquum est ignor.

Soluit quæstionem propositam Sex iis quæ pro utraque parte dixerat,

terat, quatenus ea vera sunt; docet-
que, æquale non opponi magno &
paruo contrariè, ut probatum erat,
nec (quod subaudiendum est, nec,
quia apertum est, probare opus erat)
relatiuè; sed vel contradictoriè, vel
priuatiuè; neque id quidem vni eo-
rum tantùm, cùm par sit in utroque
ratio, sed utriusque. Concludit igitur,
opponi utriusque negatione priuatiuè.
Et quidem quod utriusque op-
ponatur, et si iam probatum erat; tamen
id iterum ex eo confirmat, quia
particula, utrūm, nunquam usurpa-
tur in quaestione de altero duntaxat;
neque enim dicimus: Utrum hoc sit
æquale an maius; neque item, utrum
sit æquale an minus, sed semper
utrumque opponimus, æquè quæ-
rentes, utrum sit æquale, an maius,
minusve: inepta enim esset prior
quaerendi ratio, cùm integrum op-
positionem non comprehenderet.
Quod verò non opponatur contra-
dictoriè sed priuatiuè, ea ratione
ostendit, quia æquale, ut interpreta-
tur Alexander, non est priuatio, quæ
cum suo opposito, hoc est, cum ma-
gno, & paruo, more contradictionis,
necessariò dicatur de quocumque
sive ente sive non ente, cùm nec de
omni quidem ente verè dici possit
esse æquale, aut maius, minusve, seu
magnum & paruum. Neutrūm e-
nim dicitur in rebus non habenti-
bus quantitatem, ut in qualitatibus
maximè immaterialibus, quemad-
modum neque in substantiis mate-
riæ expertibus. Sed durior aliquan-
to videtur expositio. D. Thomas
sic contextum intelligit, quasi dictu-
s sit [particula verò, non, quæ in ipso
æquali includitur, necessariò est pri-
uatio, non autem contradictio,] quo
pacto sensus est aptior, nisi quod id
quod Græcè est, στέρνος ἢ ἔστερνος,
hoc modo habere debuisset, τὸ δὲ
στέρνος, ἔστερνος, pro quo illud irre-

A pisse facilimè suspicaremur, nisi tā-
ta esset in priori lectione exempla-
rium consensio. Commentator alia
adiungit rationem, cur negatio in-
clusa in eo quod æquale est, non op-
ponatur contradictoriè magno &
paruo, quia, inquit, negatio contra-
dictoriè opposita non negat duo aut
plura immediatè, sed vnum tantùm.
Ex his ergo dilucide colligit Aristoteles
quid sit æquale, & quo pacto
magno & paruo opponatur.

¹ Quapropter & medium.

D Octet, æquale esse medium in-
ter magnum & paruum, qui-
bus priuatiuè opponitur, quo etiam
pacto, quod nec malum nec bonum
est, malo & bono opponitur, rametsi
nominatum non est, ut æquale inter
magnum & paruum. Nec mirum,
cùm bonum & malum multis mo-
dis dicantur, neque ei quod capax
est negationis boni & mali, vnum
quid est, ut facile peculiari vocabulo
nominari possit; quod tamen accidit
in quantitate, quæ vna & eadem
existens, æqualis dici potest negatio-
ne magni & parui. Idem porro quod
medio inter bonum & malum in-
teriecto est, evenit in eo quod me-
dium est inter album & nigrum,
quod ideo peculiari nomine non si-
gnificatur, sed sola negatione extre-
morum; quia subiectum negationis
utriusque non est vnum quid sim-
pliciter, sed multi colores quodam-
modo certi & definiti; quod addit,
quia ex varia colorum mistione, va-
rij admodum resultare possunt, ta-
metsi unusquisque medius color
certus est & definitus, ut fuscus, pal-
lidus, & similes.

² Quocirca non recte.

E Rant qui reprehenderant ratio-
nem traditam assignandi mediū
per negationem utriusque extremi,

quod idem sequi dicerent, inter o-
mnia posse medium tale constitui; vt si quis diceret inter manum &
calceum, medium esse id quod nec
manus nec calceus est, & modo eo-
dem inter cetera. Quibus respon-
det non recte id colligi. Ea enim
inter quae media per negationem
assignari posse dictum est, sunt ex-
trema quaedam, inter quae datur ali-
quod medium, vel unum simpliciter
vt equele inter magnum & paruum,
vel quodammodo unum, vt colores
medij inter album & nigrum, quia
utroque extremo participant: hoc
autem medium est quasi interuum
quoddam à natura constitutum
inter extrema, quae simul negantur,
cum significatur medium, sive uno
vocabulo id fiat, sive negationibus
extremorum simul in una cum
unum utriusque negationem con-
uenientibus. At inter manum & cal-
ceum nihil tale est, quia non diffe-

A runt inter se propriè cùm sint sub-
diuersis genere; manus quidem re-
duxit sub animali, calceus verò
sub artefactorum genere, quod sub-
stantiam & qualitatem complecti-
tur: cùm interim ea quorum nega-
tiones dicebantur plura comprehé-
dere, ad significandum medium in-
nominatum in alio atque alio gene-
re non sint, sed sub eodem, vt album
& nigrum. Quare id quod subiicitur
negationi calcei & manus, non
est unum quid quasi interuum in-
ter duo extrema, vt medium per ne-
gationem dici possit.

Hoc loco cùm suspicetur Alexan-
der de prauatum esse contextum, il-
lustrinque forte lectionem si adda-
tur negatio hunc in modum: εν ανα-
ργει εις ει, hoc est, in alio enim
genere non sunt, nos eam non dubi-
tauimus addere, quod ea dempta,
sensus sit nullus qui cum dictis con-
gruat.

Κεφάλαιον ι.

Text. 20.

O Moίως ἡ καὶ τὰς ἐνὸς καὶ τῶν
τολλῶν διορθόσεις αἱ τις.
εἰς γὰρ τολλὰ ταῖς αἰτιώσις αὐτίκει-
ται, συμβαίνει ἔντα αἰτιώσι. τὸ γὰρ
ἐν, ὀλίγον, οὐ ὀλίγα ἔσται. τὰ γὰρ τολ-
λὰ, καὶ ταῖς ὀλίγοις αὐτίκειας ἐπὶ τοις
δύο τολλά, εἴτε τὸ διτολάσιον τολ-
λαπλάσιον. οὐτω λέγει) ἡ καὶ τὸ δύο
διτολάσιον. ὡς τὸ ἐν, ὀλίγον. ταῦτα οὐ
γὰρ τολλὰ τὸ δύο, εἰ μή ποτε ἐν τε καὶ
ποτε τὸ ὀλίγον; γάρ τοις οὐταν-
τον. ἐπειδὴς οὐ μήκει τὸ μακρὸν
καὶ βερεχὺ, οὐτας οὐταντές τὸ το-
λλὰ καὶ τὸ ὀλίγον, καὶ οὐδὲν γὰρ τολλόν, καὶ
τολλά, καὶ τὸ ποτλά τολλόν εἰ μή π
ἄρχει διαφέρει οὐ σωτεῖται: εἰς τῷ,

C A P. IX.

E Odem verò modo de uno & multis. Text. 20.
E dubitare quis potest. Si enim multa
uni simpliciter opponuntur, nonnulla se-
quentur que fieri nequeunt. Unum enim,
paucum, aut paucā erit, cùm multa pau-
cis opponantur. Praterea duo sunt multa,
siquidem duplex multiplex ejū, & à duo-
bus duplum dicitur: ita fit ut unum sū
paucum, ad quid enim duo multa dicantur,
nisi ad unum & paucum nūbiū enim
est minus. Ad hec si quemadmodum
in longitudine se habet productum & bre-
ue, ita in multitudine multum & pau-
cum, & quod multum est multa, & quod
multa, multum diciunt (nisi quid intersit
in continuo indefinito) paucum viique
multitudo quadam erit. Ita sicut ut unum,

τὸ ὀλίγον, τολλός οὐ ἔσται. ὡς τὸ ἐν
τολλός

ταῦθιος τὸ ἐσίν, εἰπός καὶ ὀλίγον. τέττρα A multitudine sit quadam, siquidem & paucum est; hoc autem necesse est, si duos sunt multi.

τὸν ἀνάγκην, εἰ τὸ δύο τοῦτα. ἀλλὰ
ιῶντος τὸ τοῦτα λέγεται μὲν ὡς καὶ τὸ
τοῦτο, ἀλλὰ ὡς οὐδαέρον, οἷον ὑπάρχει
τοῦτο, τοῦτα δὲ τοῦτο. ἀλλὰ ὡσαὶ ποιεῖ-
ται τοῦτο, λέγεται ἔνα μὲν τρόπον·
ἔναντι τοῦτο, ἔχον υπόσχολει, η̄ α-
πλῶς, η̄ τεστί, καὶ τὸ ὀλίγον ὡσαύ-
τως τοῦτο, ἔχον ἐλεγέντιν. τὸ δὲ αἱ
αἱρέθμος, οὐ καὶ αὐλητὴς τῷ ἐνὶ μό-
νον. οὔτως γὰρ λέγομεν ἐν, η̄ τοῦτα,
ώστε εἰ ἵνες εἴποι ἐν καὶ ἐνα, η̄ λαβούν
καὶ λαβεῖ, η̄ τε μεμετεμόρφωτες
τὸ μέτρον καὶ τὸ μετρητόν. οὔτως καὶ
τοῦτα πατέσσαται λέγεται τοῦτα.
τοῦτα γὰρ ἔκαστοι αἱρέθμος, οὖν ἐνός,
καὶ οὐ μετρητὸς ἐνὶ ἔκαστοι, καὶ ὡς
τὸ αὐλητήμον τῷ ἐν, οὐ τῷ ὀλίγῳ.
οὔτως μὲν οὐσία ἔστι τοῦτα η̄ τε δύο.
ὡς δὲ τοῦτο, ἔχον υπόσχολει, η̄ τεστίς
πι, η̄ απλῶς; ψήνεται, αἱρέτα τρώτον.
· ὀλίγα δὲ απλῶς τε δύο. ταῦθιος γάρ
ἐστιν ἐλεγέντιν ἔχον τρώτον. διὸ καὶ ψή-
σθαις αἱρέτης Αναταγόρας εἰπών, οὐτι
όμοιος τάντα χειραλαῖον, αἱρέτα καὶ
τοῦτο καὶ μικρότυπον. ἐδει δὲ εἰπεῖν,
αὐτὸν τοῦτο, καὶ μικρότυπον, καὶ ὀλιγοτητην.
οὐ γὰρ ἀπειρεῖ, ἐπει τὸ ὀλίγον, οὐ
διά τὸ ἐν, ὡσαὶ θυές Φασον, αἱρέ-
τα τε δύος εἰσινται δὲ καὶ οὔτως
αὐτικεῖται οὐ τὸ ἐν καὶ τοῦτα τε τοῦ
αἱρέθμοις, ἐν τὸ τοῦτο τοῦτο, οὐσία
μετρητῶν μετρητῶν. Κανέτι δὲ τεστίς
οὐσία μη καθ' αὐτὰ τῶν τεστίδων, διγρή-
της δὲ η̄ ημίν τον αὐτισις, οὖν διχῶς λέ-
γεται τε τεστίς η̄ τὰ μὲν ὡς ἐναγτίων,
τὰ δὲ ὡς ὑπεισήμη τεστίς ὑπεισητὸν,
τῷ λέγεσθαι η̄ αὐτὸς τεστίς αὐτά. τὸ δὲ
ἐν, ἐλαττον εἶναι θυές, οἷον τοῦτο σημεῖον,
καὶ οὐκ κωλύει. καὶ γὰρ εἰ ἐλαττον, καὶ ὀλί-
γον. τὸ δὲ τοῦτο, ὡς γάρ τοι εἰς τοῦ

B modo vi numerus qui est unius tantum opponitur. Sic enim dicimus unum aut multa, quemadmodum si quis dicat unum, et una, aut album et alba, et mensura mensuratumque ad mensuram. Sic et multiplicia dicuntur multa: est enim multa, unusquisque numerus, quia una, et quia uno quisque mensurabilis, et tantum quippiam unius non paucum oppositum. Atque hoc quidem modo duo sunt multa, multitudine autem habens excessum, sive alicuius respectu sive simpliciter, non sunt, sed prima multitudo. Sunt autem ipsa duo paucum simpliciter: est enim prima defectum habens multitudo.

Quocirca non recte distinxit Ana- Grace, recipis
xagoras abeo quid dixerat, res omnes dñsm.
simul fuisse & multitudine & paruitate
infirmitas; oportuisse enim dicere pro [&
paruitate] [& paucitate] neque enim in- His verbis
finita in paucum pragdianum; non qui- inepie adiū-
dem propter unum, vi quidam dicunt,
sed propter duo. tur que lam
Greci, que
nec vetus in-

Dicitur Opponuntur autem ^c unum & multa terps agno-
in numeris, ut mensura mensurato; hec scilicet, neque
vero ut ea quae ad aliquid dicuntur, que- ulius ferme
cunque non per se aliquid respiciunt. Alii recentior: m.
enim locis expositum est, ea quae cum aliis Hic etiam
quo conferuntur, duobus modis dici: alia inferuntur
quidem ut contraria: alia vero, ut scien- alia, que
tia ad scibile, eo quod aliquid aliud ad nullus agno-
ipsa dicatur. Porro ^c unum minus esse cum sit interpre-
aliquo, velut duobus, nihil prohibet; ne-
que si minus est, continuo est paucum.
Multiudo ^b autem quasi genus est nu-

ἀριθμος. ἐστὶ γὰρ ἀριθμὸς, ταῦτα δέ A meri : est enim numerus multitudo men-
ἐνὶ μετρητῷ. καὶ αὐτόν τοι ταῦτα τοῖς τὸν γὰρ
ὁ ἀριθμὸς, τοῖς ὡς ἔναντιον, ἀλλά
ἄντας εἶναι τῶν τοις οὐ εἴναι. γάρ γε μὲν
τοις, τὸ δέ μετρητόν, τούτη ἀντίκειται.
διὸ δέ τῶν ὃν δὲ γένεται, ἀριθμός ἐστιν,
οἷον, εἴ τις αἰδιάρχετον ἐστιν. ὅμοιός δέ
λεγομένη ηὔπειρη τοῖς τοῦ πειστή-
τον, οὐχὶ ὁμοίως ἀποτίθεται. διότι εἰ μὴ
γάρ ἀν μετρητὸν ηὔπειρην εἴναι, τὸ δέ
ηὔπειρον τὸ μετρουμένον. συμβαίνει
γάρ ηὔπειρην μὴ ταῦτα ηὔπειρον εί-
ναι· τὸ δέ ηὔπειρον μὴ τῶν ηὔπειρημένων,
οὐν τεόποντι ιγνώτη ηὔπειρην μετρεῖται
ταῦτα ηὔπειρητοι. τὸ δέ ταῦτα δέ, οὕτε
τοῦ ὀλίγων ἔναντιον, ἀλλὰ τούτων μὴ
τὸ πολὺ, οἷς οὐταρχεῖν ταῦτα δέ. οὐ-
εῖτε χαρακτήρα ταῦτα δέ, οὕτε ταῦτα εἰνι τάν-
τας ἀλλὰ τὸ μὴ ἄντας εἶνται, ὅπ-
ις αἰδιάρχετον, τὸ δέ αἰδιάρχετον, τὸ δέ οἷς
τοῖς τοι, ἄντας ηὔπειρην ηὔπειρον,
εἰναὶ δέ αἰδιάρχος τὸ δέ εἴναι μετρεῖται.

Multitudo vero nec paucō contra-
ria est (tameſi huic quidem multum,
tanquam excedens multitudi-
ni qua exceditur) neque uni omnino; ſed
alterum quidem, ut dictum eſt, opponitur;
quia diuisibile; alterum quia diuisibile,
atque alterum ut ad aliquid (velut
ſcientia ſcibili) ſi fuerit numerus; unum
vero mensura.

EXPLANATIO CAPITIS NONI.

Dicitur quæstionem eam, quam priori loco, superiori cap. proposuerat: Quoniam pacto vnum & multa opponantur? Primum que ait, si simpliciter nullave distinctione adhibita, ea inter se opponi dicantur, nonnulla inde effici, quæ fieri non possunt. Quorū illud tantum hoc loco commemorat, fore, ut vnum sit paucum, aut verū pauca; tum quia cum multa paucis opponantur, idque contrariæ (neque enim alia oppositio inter ea videtur esse) si multa vni etiam contraria sint; erit utique vnum paucum; aut pauca, siquidem vnum contrarium vni tantum contrario aduersari potest, ut ex dictis patet: tum etiam, quia cum duo sint multa (proportio enim quæ à duobus sumitur, est multiplex) multa vero opponantur paucis, sanè cum nihil aliud paucum vel pauca esse possit, nisi vnum; erit profectò vnum ipsum paucum vel pauca: nihil enim est minus duobus nisi vnum.

Ad hoc si quemadmodum.
Oportebat ad complementum propositarum rationum, ut ostenderetur fieri non posse ut unum

fit paucum vel pauca, quod nunc ea ratione probat: Quia ut se habent in longitudine productum & breve, ita in multitudine multum & paucum:

(sunt enim hæc affectiones multitudinis, ut illa longitudinis) atqui omne breue est longitudine quædam; ergo omne paucum est quæda multitudo. Quare si vnum est paucum, erit utriusque multitudo quæda, quod apertius est, fieri non posse quam esse paucum; utrumque autem incommodum admittere necesse est, si duo sint multa, quod sumptu erat in proxima argumentatione, atque ex eo probatum, quia proportio dupla dicetur multiplex. Tametsi reuera B propriè non dicimus, duo esse multa sed plura. Multa enim dicuntur nimirum tria, quemadmodum & omnia, ut patet ex primo de cælo. Vnde & Græcanicæ declinationes nominum, habent numerum singularem, & dualem, & pluralem, seu multitudinis, qui minimum tria continet. Sed ne quis diceret, aliud esse probare vnum non esse pauca, aliud non esse paucum, dicimus enim de vino inclusò in parvo vase, esse paucum vinum, non autem pauca vina; vnde fit, ut dicere possimus, aliquid vnum esse paucum, non autem pauca; Occurrit Aristoteles, paucum & pauca esse conuersibilia, cum omne multum sit multa, & omnia multa, multum, nisi quid interdit in continuo ἀσίγη, hoc est, indefinito, aut, ut habent quædam exemplaria, εὐοπίσφιδ, est, facile terminabili seu definibili: idem enim est sensus. Nam liquida omnia quemadmodum non habent terminum siue figuram propriam, ut lapi des, & reliqua dura, aut quovis modo consistentia (qua de causa dici possunt indefinita) ita facilè recipiunt terminum figuramque alienam, ut aqua in vreco, & liquidum metallum in formula cui infunditur.

^b Sed fortasse multa.

Soluturus difficultatem proposi-

A quod ante pauca verba dixerat, multum & multa conuersti inter se, præterquam in ijs quæ sunt indefinita, facilè terminos alienos admittunt, ex qua etiam re pendet difficultatis solutio. Nam & adhibet nūc exemplum in aqua; & docet, illa simpliciter & sine exceptione reciprocati in ijs quæ diuerſa sunt, hoc est, in numeris, seu multitudine: in hac enim, quicquid est multum, est etiam multa, & vicissim quicquid multa, multum; quanquam ut diximus, duo non propriè dicuntur multa sed plura.

Atque uno quidem modo.

Solutus difficultatem propositam, multorum & paucorum distinctione. Multa enim & pauca duobus modis dicuntur; uno comparatè, altero absolutè. Comparatè quidem si multorum nomen sumatur, ut significat multitudinem excedentem, siue simpliciter, hoc est, respectu cuiuscunque multitudinis eiusdem generis, quo pacto dicimus, multos esse in urbe medicos cum solito sunt multo plures; siue comparatione aliquius minoris multitudinis, quo pacto deesse dicuntur multa, respectu trium vel duorum: atque in hac usurpatione respondent ex altera parte multis pauca, quatenus paucorum vocabulum significat multitudinem defientem: siue simpliciter, quo pacto duo sunt pauca, quia omnium aliorum numerorum: siue comparatione alicuius multo maioris numeri, quo pacto denarius numerus est pauca quædam respectu centenarij. Absolutè vero dicuntur multa quæcumque sunt plura uno, quia ratione quouis numerus est multa quædā, quia est plura uno, seu (quod idem est) plura vna; atque hac usurpatione multorum etiam duo sunt multa quædam, & ab eis quemadmodum

modum ab aliis pluribus sumitur. A vera est sententia eorum qui dicunt, proportio multiplex; unde fit ut in hac significatione pauca non opponantur multis. Ait igitur Aristoteles, *Multa priori modo opponi paucis, non autem vni, quia vnum non est multitudo deficiens: at posteriori opponi non paucis sed vni, tanquam mensuratum quipiam suæ mensuræ; omnis enim multitudo, ut componitur ex pluribus vnitatibus, ita & per vnum repetitum mensuratur.* Ex quibus patet multa habere vim ea quæ obijcibantur, si multa vni opponi dicerentur. Neque enim sequitur vnum esse paucum aut pauca. Siquidem duo non opponuntur vni ut multa paucis, cum sit prima multitudo absolute sumpta, non autem comparata cum paucis, sed opponitur vni, ut mensuratum quipiam suæ mensuræ: quin potius est pauca simpliciter sine respectu omnium quæ comparatè dicuntur multa, cum sit prima multitudo habens defectum.

^a Quocirca non recte.

REprehendit ex ijs quæ dicta sūt, Anaxagoram, quòd cùm explicare vellet modum quo res eius sententia à principio erant in chao, disseritque fuisse in eo omnium earum atomos & multitudine & parvitate infinitas, ab ea assertione defiterit, sèque correxerit, dicēs opportuisse pro [& paruitate] dicere [& paucitate.] Est enim ea ratione reprehendendus, quòd & si datur infinitus progressus paruitatem versus in partibus continuæ quantitatis, non datur tamen infinitus versus paucitatem in partibus quantitatis discretæ. Est enim in quantitate discreta deueniendum ad duo, quod est primum paucum accedendo ad maiores numeros, & ultimam, descendendo ad minores. Neque enim

vnum esse paucum, quia est minus duobus; est enim diuisibile cùm ex ratione sua diuidi nequeat. Nam etsi vnum continuum diuidi potest, id accidit non quia vnum, sed quia continuum.

^b Opponuntur autem.

EX ijs quæ disputata sunt, respōdet quæstioni, quæ initio capit is B propofita est, aitque in primis vnum opponi multis relatiuè, non quidem eo pacto quo contraria inuicē referruntur relationibus ex vtraque parte emergentibus, sed ut mensuram mensurabilis; quia etsi mensurabile per se refertur ad mensuram, tamen mensura non refertur ad mensurable, nisi quia mensurabile refertur ad illam, ut explicatum est libro 5.

^c Porro vnum.

HÆc verba è spectant ut respondereatur iis qui obiicerent vnum non posse esse mensuram, qui cùm minus sit duobus, videtur esse paucum respectu eorum, quam consequentiam iam refutatam esse hoc loco innuit.

^d Multitudo autem.

Exponit de qua multitudine dicitque non de quauis intelligēdum id esse, sed de ea quæ definita & determinata est. Nā multitudo in commune est quasi genus numeri; mensurata verò esse, est quasi differētia constitutiva numerū, qui est quasi species illius; cui ex parte altera respōdebit altera species multitudinis indefinita, siue non mensurata, quæ quasi diuidi potest in infinitam & finitam, nondum tamen actu mensuratam. Nam quia numerus ut numerus est, pender ab anima effectione obiectiva mensurante per vnitatem recipi

petitam; et si datur multitudo actu A esset inuenta) non item scientia sine definita & certa, sine operatione intellectus, non datur tamen vlla quæ sit actu numerus. Ita sit ut numerus qua ratione numerus est, & ultima unitate conclusus, gignatur obiectum ex multitudine finita. Ait ergo vnum & numerum non autem numerum & multitudinem quamcumque opponi aliquo modo, id est, specie aliqua oppositionis relatiæ, quam iterum explicat qualis sit.

B

Hac de causa.

His verbis tacite probat, meritò vnum dici mēsuram, quia non pendet à numero, cùm interius numerus pendeat ab uno à quo constituitur & mensuratur. mensuratum enim pendet ab ea mensura à qua accipit esse, non autem mensura à mēsurato. Hinc enim sit ut et si dato numero necesse sit dari vnum, tamē non est necesse ut dato uno detur etiam numerus. Sed quia hæc perspicua erant, obiectique posset, vnum quoque diuidi posse, proinde dato uno, dari etiam numerum aut multitudinem numerabilem: Huic tantum obiectioni aperte respondet, saltem si datur aliquid vnum indiuisibile, non inde sequi dari numerum etiam potentia, qui solus inferri posset ex uno diuisibili.

Quamquam vero scientia.

Exponit similitudinē quam habent multa & vnum cum scientia & scibili, in eo quod multa referuntur ad vnum, ut scientia ad scibile; tametsi hæc similitudo aliter tradita sit à Protagora, ut superiorū dictum est. Dicebat enim non esse res mensuras scientiarum, sed scientias rerum, cùm contraria res habeat. Nam scibile potest esse sine scientia (quo pacto multæ res sciri poterant antequam de illis scientia

scibili: quandoquidem & ipsa scientia scibile quoddam est, cùm sub scientiam cadere possit. Id autem ex eo accedit, quia scientia suo modo mensuratur scibili, non per repetitionem ut numerus unitate, sed per adæquationem veræ scientiæ ad res veras: mensura autem essendi non pendet à mensurato, sed mensuratum à mensura, ut paulo ante dictum est.

Multitudo vero.

In hoc quasi epilogo eorum quæ præcipue dixerat, docet, multitudinem absolutè sumptam, nec paucum contrariam esse, neque etiam unum omnino, hoc est, neque accepto ut mensura est, neque ut est individuum: quamquam multitudo si sumatur comparatè, nempe ut excedens, non dubium est quin ei opponatur multitudo quæ exceditur, quatenus exceditur. Quod autem absolutè sumpta non sit contraria paucum, ex eo patet, quia paucitas absolutè sumpta, est etiam quædam multitudo. Quod vero nec sit contraria unum ut est individuum, ex eo constat, quia hæc eorum oppositio est priuatiua, quæ distinguitur à contraria propriè dicta. Quod denique nec sit contraria unum quatenus vnum est mensura, ea ratione probat, quia oppositio hæc est relatiua, quæ valde remota est à contraria, magisque aliena quam priuatiua, cum qua contraria conuenit, quatenus utraque sibi vendicat idem commune subiectū utriusque oppositi; quod non datur in relatiè oppositis. Verum hæc oppositio relatiua, ut ait, non exercetur inter vnum & quamvis multitudinem, sed inter vnum quod est numeri principium & mensura, & multitudinem mensuratam quæ est numerus.

G E X

Text. 22.

Eπεὶ τὸ ἐναντίων συδέχεται εἴ-
ναι ἡ μεταξύ, καὶ τὸν ἐναντίον εἶναι α-
νάγκη σὲ τῶν ἐναντίων εἶναι τὸ με-
ταξύ. πάντα δὲ τὸ μεταξύ, σὲ τῷ αὐ-
τῷ γένει εἰσὶ, καὶ ὁν εἰσὶ μεταξύ. μεταξύ
μὴν γὰρ ταῦτα λέγομεν, εἰς ὅσα με-
ταξάλλεν περὶ τερόν ανάγκη τὸ με-
ταξάλλον, οἷον δὲ τὸ πατέτης οὗτοί
τὰ νήτην, εἰς μεταξάλλον τὰ διάγω
χρόνων, οἵτε περὶ τερόν εἰς τὸν μεταξύ
φθόρους· καὶ τὸν χρόνων, εἰς οἵτε
σὲ τὰ λόγικον εἰς τὸ μέλαν, περὶ τε-
ρούν οἵτε εἰς τὸ φοινικοῦ καὶ φαιόν, οἵ-
τε εἰς τὸ μέλαν· ὅμοιώς δὲ καὶ οὗτα τῶν
ἄλλων. μεταξάλλεν δὲ οἵτε ἄλλου
γένους εἰς ἄλλο γένος· τὸν εἰσὶ, ἄλλ' οἵ-
τα συμβεβηκός οἷον σὲ τὸν χρόνων
εἰς χρήματα. ανάγκη δέ τα μεταξύ
καὶ αὐτῆς, καὶ ὁν μεταξύ εἰσιν, σὲ τῷ
αὐτῷ γένει εἶναι. ἄλλα μὲν πάντα
γε τὰ μεταξύ, εἰσὶ ἀληκαρδών θε-
ιῶν. σὲ τέτων γὰρ μόνων καθ' αὐτό-
εισὶ μεταξάλλεν. διὸ αἰδιάτον εἶναι
μεταξύ, μὴ αἰτικερδύων. εἰη γὰρ ἀν-
μεταξάλλη, καὶ μηδὲ αἰτικερδύων. τὸ δὲ
αἰτικερδύων αἰτιφάσεως μὴν, τὸν εἰσὶ^D
μεταξύ. τέτο γάρ εἰσιν αἰτιφάσεις, αἰ-
τικερδύων, καὶ οἵτοις μόροι θάτε-
ρον πάρεστιν, ἐχθροῖς δὲν μεταξύ οἵ-
τοις πάρεστιν μόροι δὲν τὸν τοῦ γαγ-
γὸν πάρεστιν, τὸν ἐχθροῖς δὲν μεταξύ.
τῶν οἵτοις, τὰ μὴν περὶ οἵτοις, τὰ δὲ
σέρμοις, τὰ οἵτοις ἐναντία εἰσὶ. τῶν δὲ
οἵτοις, οἵτοις μὴν ἐναντία, τὸν εἶχε μεταξύ.
πάντα δὲ τὸν περὶ οἵτοις μεταξύ; ἄλλα μεγάλου καὶ μικροῦ. εἰ δὲ εἰσὶ^E
οἱ αὐτῷ γένει τὰ μεταξύ, ὥστε δέδειπλα, καὶ μεταξύ ἐναντίων, ανάγκη καὶ αὐ-
τὰ συγκεῖται σὲ τέτων τῶν ἐναντίων, οἵτε γένος τοῦ αὐτῶν, οὐδέν.

Text. 23.

Quoniam^a verò inter contraria a-
Text. 22.
liquid medium esse potest, & inter
quædam est, necesse est media ex contra-
riis esse. Omnia enim media & ea quorū
media sunt in eodē sunt genere. Namque
ea dicimus media in qua prius mutetur
necesse est id quod mutatur, ut si ab ulii-
ta chorda ad primā paulatim transeat,
prius in medios sonos veniet, & in colo-
ribus si ex albo in nigrum perget, prius
in puniceum & fuscum incidet, quam ad
nigrum proueniat. Quid idem in caseris
accidit. Mutari autem ex genere uno in
aliud genus nihil potest nisi per accidens,
ut ex colore in figuram. Necesse est igitur
media & ea quorū sunt media in eo-
dem genere esse.

At enim media omnia oppositorum
quorūdam sunt; ex his enim solis per se est
mutatio; quo, ut ut non oppositorum me-
dium esse non possit, fore enim mutatio,
neque ex oppositis. Horum porro qua-
contradictrio nomine opponuntur, non
est medium: hoc enim est contradictrio,
oppositio cuius cum medium sit nullum,
cuscunque adeat pars altera. Cetero-
rum autem, alia ad aliquid sunt, alia
privatio, alia contraria. Ea verò qua-
sunt, ad aliquā, quacunque contraria
non sunt, medium non habent, causa vero tam debet
est, quia non sunt in eodem genere. Quid
Budeus; in-
enim inter scientiam & scibile sit me-
dium? est tamen inter magnum & par-
uum.

Quod si in eodem genere sunt me-
dia, ut demonstratum est, eaque inter
contraria locantur: ex his contrariis
& ipsa constent necesse est. Aut enim
eorum genus aliquod erit, aut nullum.
autem δι' οἵτοις τὸν αὐτῷ γένει εἰσὶ.
πάντα δὲ τὸν περὶ οἵτοις μεταξύ; ἄλλα μεγάλου καὶ μικροῦ. εἰ δὲ εἰσὶ^F
οἱ αὐτῷ γένει τὰ μεταξύ, ὥστε δέδειπλα, καὶ μεταξύ ἐναντίων, ανάγκη καὶ αὐ-
τὰ συγκεῖται σὲ τέτων τῶν ἐναντίων, οἵτε γένος τοῦ αὐτῶν, οὐδέν.

καὶ

καὶ εἰ μὴ ψύχεται τῶς, ὡς ἔναντι τοῦ πρώτου οὐ τῶν ἐναντίων, αἱ διαφοραὶ πρώτης ἐναντίαι ἀστονταὶ αἱ ποιήσαται τῷ ἐναντίᾳ ὡς εἴδη ψύχους. Καὶ γὰρ τὸ ψύχον καὶ τὸ διαφορῶν τῷ εἴδῃ οἷον εἰ τὸ λόγιον καὶ μέλαν ἐναντία, εἴ τοι μὲν διακριτικὸν χρῶμα, τὸ δὲ συγκελίπον χρῶμα. αὐτοὶ αἱ διαφοραὶ τὸ διακριτικὸν καὶ συγκελίπον πρώτην. ὡς τοῦτο τῷ ἐναντίᾳ ἀλλήλοις πρώτη. ἀλλὰ μὲν ταῖς γένεσιν πρώτη διαφέρονται, μᾶλλον ἐναντία. Καὶ τοῦτο καὶ τὸ μείαξν τὸ διάλυμα, καὶ τῶν διαφορῶν οἷον ὅσα χρώματα τὸ λόγιον καὶ μέλανος εἰσὶ μεταξὺ, ταῦτα δῆθι εἰ τε τὸ ψύχον λέγεσθαι (εἴ τοι ψύχεται τὸ χρῶμα) καὶ τὸ διαφορῶν ἴνων. αὐταὶ δὲ τοῦτα ἐστονταὶ τὰ πρώτα ἐναντία. εἰ δὲ μὴ εἴσαι ἐκεῖσον, οὐ λόγιον οὐ μέλαν, ἐπερραὶ ἀρχαὶ. μεταξὺ δέρε τῶν πρώτων ἐναντίων αὐταὶ ἀστονταὶ. αἱ πρώται δὲ διαφοραὶ τὸ διακριτικὸν καὶ συγκελίπον. ^b ὡς ταῦτα πρώτα προσθέταν τῷ ψύχει συγκεντικαὶ, οὐ δισώμελα εἶναι. ταῖς μὲν οἷον ἐναντία, δισώμελα εἰς ἀλλήλων, ὡς ἀρχαὶ. ταῖς δὲ μείαξν, οὐ πάντα, οὐδέν. τὸ δὲ τὸ ἐναντίων γέγονεν αἱ πρώται μείαξνεις τοῦτο, πρὸ τοῦ οὐ εἰς αὐταὶ ἐναντίερα γὰρ καὶ οὐ τοῖον εἴσαι καὶ μᾶλλον. μείαξν δέρε εἴσαι καὶ τοῦτο τῶν ἐναντίων. καὶ ταὶ ἀλλα δέρε πάντα σωμέλεια τὰ μείαξν. τὸ δὲ τὸ μὴ μᾶλλον, τὸ δὲ οὐ πάντοι, σωμέλειόν τως εἰς ἐκείνων ὥν λέγεται εἶναι, τὸ μὴ μᾶλλον, τὸ δὲ οὐ πάντοι. ^b ἐπεὶ δὲ τοῦτο ἐπερραὶ πρώτη ὁ μεταξὺ τῶν ἐναντίων, ἀπαντά δὲ τὸ τῶν ἐναντίων εἰς τὰ μείαξν. ὡς καὶ τὰ κάτω πάντα,

A *Ac si genus quidem sic erit, ut aliquid prius sit contrariis, differentia priores erunt contraria, qua nimis raro contraria ut species generis faciunt. Namque ex genere ac differentiis species constant; ut si album et nigrum contraria sint, si que alterum disgregatus color, alterum congregatus. ha differentia, disgregatum et congregatum, priores erunt: quo sit ut hac contraria alia aliis priora sint. Verum tamen contraria, que differentia sunt, magis contraria sunt.*

B *Sed et reliqua et media ex genere ac differentiis erunt, ut omnes colores qui inter album et nigrum interiecti sunt, his oportet, ut ex genere dicantur (est autem genus color) et ex differentiis quibusdam. Ha vero non erunt prima contraria; alioquin unaqueque res, alba erit, aut nigra, ergo aliae. Erunt ergo ha interiecta inter prima contraria: erant autem prima differentia disgregatum et congregatum.*

C *Quare hoc primum querendum est, si qua contraria in genere non sint, ex quo tandem eorum media existant. Necesse est enim ea qua in eodem genere sunt ex iis compositis genere componi, aut incomposita esse. Atque contraria quidem alia ex aliis non componuntur. Sunt igitur principia. Media vero aut omnia aut nullum: ex contrariis autem aliiquid sit. Erit ergo in his prius mutatio, quam in illa; utroque enim et minus et magis erit. Medium igitur et hoc erit inter contraria. Quare et catena media omnia composta erunt. Quod enim altero magis tale est, altero minus, modo aliquo ex iis compositum est ex quibus tale esse dicitur. ^b Quotiam vero in eodem genere non sunt alia priora contrariis; omnia utique media ex contrariis erunt. Quare omnia*

qua

καὶ τὸν τίτλον, καὶ τὸ μεταξὺ, στὸ τῶν περιώτων συντίου ἔσονται. ὅπις μὲν οὐκέτι τὸ μεταξὺ, εἰ τὸ τελεῖον γίνεται πάντα, καὶ μεταξὺ συντίου, καὶ σύγχεται στὸ τῶν συντίου ἀπαντά, δῆλον.

A que infra sunt & contraria & media Text. 24.
exprimis contrariis constabunt. Omnia
igitur media & in eodem genere esse, &
inter contraria collocata, & omnia ex
contrariis constare, perspicuum est.

EXPLANATIO CAPITIS DECIMI.

* Quoniam verò inser.

MULTA hactenus de contrariis docuit; hoc verò capite id præcipue docere instituit, media ex contrariis existere. Quod vt faciat, primum ponit ex iis quæ dicta sunt, dari posse media inter contraria, quia nimirum id nil repugnet; immò verò inter aliqua contraria re vera reperiri, vt inter album & nigrum, & inter extrema vitia.

^b Omnia enim media.

A cem]cateri fere non attingunt; Budaeus verò expungit.

* At enim media.

Secundo loco ostendit media & contraria, quorum dicuntur media, in eodem genere collocari. Ratio verò est quia Media sunt illa in quæ priùs incidit id quod mutatur, quam ad extremum veniat; quod patet in Sonis, & coloribus; Si enim citharœdus ab una extrema chorda ad alteram extreamam paulatim pulsando venturus est, veluti ab ultima ex grauibus ad acutissimam, priùs medias tangat necesse est, quæ medios sonos efficiunt: et dêmque modo si rem albam paulatim oporteat fieri nigrum, priùs mutari oportet in medium aliquem colorem quam ad nigrum perueniat. Cum igitur inter ea, quæ sunt in diuersis generibus, non fiat mutatio nisi per accidens, vt si aliquid cum mutatur, colore mutetur, item sapore aut figura, aut cum mutetur loco, mutetur etiam affectu, aut quantitate: efficitur ut media in eodem genere sint, in quo sūt ea contraria quorum sunt media. Quo loco cum dicitur [necessæ est igitur media] additur Græcè καὶ αὐτοῖς, quod Bessario verit [& sibi inui-

Tertio loco docet, media, quæ in eodem genere cum contrariis esse ostenderat, inter ipsa contraria interiecta esse. Ac prium probat, interiecta esse inter opposita, eo quod nulla mutatio per se fiat nisi ex opposito in oppositum, vt 1. & 2. Physicorum ipse tradiderat; media autem sint illa per quæ transitur cum aliquid mutatur. Deinde ostendit, opposita illa inter quæ sunt media, non alia esse quam contraria. Nam inter contradicētia, non datur medium ullum, vt suprà ostensum est, & ex definitione contradictionis quam affert, perspicuum esse vult. Opposita verò relatiū, si contraria quidem sint, habere possunt & ipsa medium interiectum, quo pacto, magni & parui, cum relatiū sumuntur, medium est equale, itēque dissimilis per excessum & dissimilis per defectum, id quod est simile. Vnde fit vt eorum media in aliquo etiam eodem sint genere, in quo ipsa collocantur. At si non sint contraria, quia

quia non ad idem genus pertinent, A ut scientia & scibile, ea ipsa ratione medium habere non possunt, cum sit ostensum, media esse in eodem genere cum extremis. Quæ autem relatiuè opposita in eodem sunt genere, ea præterit Aristoteles, quia inducione perspicuum erat, non habere illa medium interiectum, ut videre licet in patre & filio, domino & seruo. Neque obest quod sæpe correlatiua dicuntur extrema; sic enim appellatur ratione relationum hinc inde quasi egredientium, non ratione mediorum relatiuorum; quo fit ut omnia correlatiua, quæ contraria non sunt, sint extrema immediata: quod dictum accipe de mediis positivis. Nam pure priuatiua media non dubium est quin dentur inter correlatiua, siquidem multi sunt qui nec patres sint, nec iam patres habeant, neque item sint domini, nec vero serui nec præceptores nec discipuli. Nihil autem adiungit de priuatiuè oppositis, quia iam cap. 7. ol tenderat quo pacto illa medium habeant, quo item non habeant; nunc autem cum ea relatiuè oppositis negat, planè significat, se de positivis mediis loqui, quæ nemo priuatiuè oppositis concesserit. Itaque sola contraria ex toto oppositorum genere media positiua inter se habere possunt, non omnia tamen, sed quæ dicuntur mediata, ut album & nigrum, calidum & frigidum. Quod si & his aliquando tribuuntur media negatiua, quibus scilicet utrumque extremum negetur, ut quod neque album nec nigrum est, id fit quia media sunt multa inter utrumque, neque ea uno communi conceptu obiectuo, qui positius sit ac realis adæquate, comprehendendi possunt. Nam ubi media plura non sunt, non est opus ut ea significantur extremorum negatione, ut tepidum quod est inter cali-

dum & frigidum, & æquale inter magnum & parvum, virtusque media inter contraria vitia. Tamen si & hæc media suo modo includunt negationem extremorum, quod Aristoteles superius dixit de æquali, quod nec magnum sit siue excedens, nec parvum siue deficiens, quæ inæqualis communi nomine comprehenduntur.

Pars altera.

B **H**is verbis adiungunt Græci codices alteram quasi definitiōnem contradictionis, quam totam meritò vna litura delet Budæus, quod fortasse ei visa sit expositio ex margine alicuius codicis in contextum ascita, nec eam interpretes Latinam faciant, uno (quod sciam) excepto Peronio.

Quod si in eodem.

C **I**am ostendit id quod præcipue docere instituerat, media scilicet ex contrariis constitui, si vera sunt duo illa quæ proximè posita & probata sunt, Media in eodem genere esse cum contrariis quorum sunt media; & ea etiam inter ipsa contraria interiecta esse. Quod ut faciat, primùm probat contrarias species habere alia priora contraria ex quibus constent, quæ & ipsa magis contraria sint, quam ipsæ species inter se contrariae. Aut enim, inquit, contrariorum est genus aliquod, aut nullum; si est, atque ita est, ut suapte natura sit prius ipsis contrariis; differentiae utique priores, quibus contrariae species constituentur, erunt prius contrariae, quam ipsæ contrariae species: namque ex genere tali ac differentiis quibus diuiditur; species constant, ut patet in albo & nigro, quorum differentias quasdam accidentarias ipse tradit loco essentialium, quæ sub eis latent. Quare

D **G** 3 cum

cum contrarietas differentiarum sit causa contrarietas specierum; erunt etiam ipsae differentiae magis contrarie quam species, quas consti-tuant, iuxta illud commune pronunciatum, propter quod unum quodque tale est, & illud magis est tale.

Quo loco aduerte, quia analogia sepe dicuntur genera, propterea Aristotelem dixisse hoc loco, si genus sic erit, ut aliquid sit prius contrariis. Analogia enim non contrahuntur ad sua membra diuidentia, quae sunt eorum quasi species, per villas differentias, que in prioris esse possint, neque analogia ipsa sunt suapte natura suis membris diuidentibus priora, cum nullam naturam distinctam ab illis habeant, ut patet ex iis quae ad librum quartum diximus: quod tamen in veris ac propriis distinctionibus contraria accidit. Fortasse autem his etiam verbis innuere voluit Aristoteles, quo pacto differentiae contrarie sint in genere. Si enim referantur ad genus, quod diuidunt, sic datur genus quod illis prius natura sit: ipsa scilicet talis generis natura. Sin autem referantur ad aliquid quod de illis quiditatibus prædicatione dicatur, ut ad ens, aut ens incompletum, vel tale aliquid; nihil sancte erit natura prius quod ad illas contrahatur; nullæ etiam alias differentiae sunt per quas illæ consti-tuantur. Sunt enim differentiae omnes ea ratione naturaque sua omnino simplices, et si in rebus materialibus sint re ipsa composite. Quare et si Aristoteles hinc ait differentias constitutivas contrariarum specierum esse magis contrarias quam species ipsas, non idem tamen colligendum est esse eas magis in vero genere, de quo haec tenus sermo erat: magis enim dicuntur esse in vero genere quae illi naturali & quiditatiua subiectione subduntur, cuius-

A modi sunt species, quam quae sola indirecta & contra naturam, quales sunt differentiae; sunt tamen differentiae propinquius in vero genere quam species, quia inter eas & illud nihil est medium, cum interim inter species & suum genus suo modo interiectae sint differentiae.

Si quis autem querat cur Aristoteles non sit prosequutus totam distinctionem [Aut enim eorum genus aliquod erit, aut nullus] sed solam priorem partem, dici potest id factum esse, quia constabat, omnia contraria genus aliquod verum ac proprium dicuntur habere; quod tamen nunc expositum est tale esse, ut vel in illis quiditatibus includatur, vel per illa contrahatur.

** Que differentiae sunt.*

*G*racie est *dialectica*, id est, differentia neutro genere. Quod verbum et si commune est omnibus differentibus, tam in loco solis differentiis accommodatur, quamquam magis ipsae sunt quibus species differunt, quam quae propriè differant, cum potius dici debeant primo diversa, quod in nulla eadem communi natura vniuersa quiditatibus conueniant.

** Reliqua vero.*

*P*robatur deinde ipsas etiam medias species (quas repetitione quadam vocat, & reliqua, & media) ex genere & differentiis constare, non illis quidem quibus ipsa contraria constituuntur, quae sunt primæ contrarie (alioqui omnes medijs colores aut sunt albi aut nigri, resque omnes quae illis afficerentur, albæ aut nigrae) sed alijs quibusdam interiectis, inter eas quae primo sunt contrarie, magis, inquam, quam ipsæ species, ut dictum est, cuiusmodi sunt differentiae mediorum colorum in-

ter

ter congregatiuum aspectus, & dis-
gregatiuum.

Meliūs, qua-
re hac primū
quaerenda:
quām, hoc
primū qua-
rendum, ut
habet con-
textus.

b Quare hec primū.

Concludit id quod erat prae-
cipuum, Media ex contrariis cō-
stitui: id primum afferens, si qua cō-
traria non in eodem genere forent,
tum demum quārendum fuisse, hoc
est disputandum, ex quo tandem
vnuimquodque medium eorum cō-
stitueretur: esset enim id difficile aut
potius impossibile. Nunc autem
cūm constet omnia esse, si eodem
genere, facile id posse monstrari;
quod hoc argumento videtur con-
ficerē. Quācumque sunt in eodem
genere, aut composita sunt ex com-
positis siue simplicibus, aut simpli-
cia; at prima contraria sunt simpli-
cia, reliqua verò siue contraria siue
media sunt composita; omnia igitur
siue contraria non prima, siue media
inter contraria, ex primis contrariis
constant. Propositio aperta est; Pri-
orem partem assumptionis ex eo pro-
bat, quia contraria, hoc est, prima
contraria alia ex aliis non compo-
nuntur (subaudiendum verò est nec
ratione totius nec ratione partis
quam nullam habent) quo fit ut sint
principia atque adeo simplicia. Po-
steriorem verò ex eo ostendit, quia
non maior est ratio cur alia media
sint composita, alia minime: satis au-
tem patet quādam media esse com-
posita ex suis extremis. Nam cūm
contrarium fiat ex suo contrario,

A tanquam ex termino à quo, non au-
tem vt ex quo componatur, cūm ex
albo quidem per fulcum sit nigrum,
prius ex albo sit fuscum quām ni-
grum: oportet igitur in fusco aliquid
esse albi, & aliquid nigri plus minūs-
ve, quatenus magis minūsve recedi-
tur ab uno, & acceditur ad aliud. Mo-
bile enim dum mouetur, partim de-
bet esse in termino à quo, partim in
termino ad quem.

b Quoniam verò in eodem.

Antequam colligat propositam
conclusionem (omnia, inquam,
quæ infra sunt, hoc est, posteriora
primis contrariis, ex primis contra-
riis constitui) occurrit obiectioni,
qua quis diceret, in eodem genere
alia esse priora primis contrariis,
proinde ipsa quoque prima contra-
ria ex illis componi. Ait ergo satis
constare, non esse in genere contra-
riorum alia priora contrariis, id est,
primis contrariis, quia nimis iam
ostenderat, differentias quibus ge-
nus ad contrarias species trahitur,
esse prima contraria; satis autem
apertum est, nihil esse prius eiusmo-
di differentiis quām genus ipsum,
quod est velut immediata earum
materia. Postremò in epilogum col-
ligit omnia quæ in hoc capite dixer-
at. Quo autem pacto media diffe-
rentiis contrariorum ipsisque contra-
riis speciebus constent, scorsim
discutiendum est. Neque enim id fa-
cile est intelligere.

Κεφάλαιον ια.

Tό δι' ἔπερον τῷ εἰδή πνέος οὐ ἔπερον
εῖται, καὶ διεῖ τέτο αἱ μοῖσιν ὑπάρ-
χειν. οἷον, εἰς ζῶντα ἔπερον τῷ εἰδεῖ, αἱ μοῖ-
φω ζῶντα. ^a αὐτόγυη αἴρα ἐπί γένει τῷ
αὐτῷ εἶναι τὰ ἔπερον τῷ εἰδῇ. τὸ γάρ

C A P. X I.

Diuersum autem specie, diuersum
quippiam ab aliquo est, oportetque
hoc utriusque inesse: velut si animal spe-
cie sit diuersum, ambo erunt anima-
lia. ^b Est igitur necesse ut in eodem ge-
nere sint qua sunt specie diversa.
Id

τοιούτον γένος καλῶ, ὃ ἀμφω ἐν ταῦται. **A** Id enim genus voco, in quo ambo unum Grecè est, aīque idem dicuntur, nec per accidens quod possumus differētiā habet seu quasi materia sit, est pro ᾧ, qua- seu modo alio. Neque enim solum id ^{καὶ} ἐστι, ut quod commune est, inesse debet, ut ambo cap. 5. cūm (exempli causa) sint animalia, sed etiam genus ad finē in vitroque diuersum (hoc, inquam, ipsum explicatur.) animal) veluti alterum equus, alterum homo. Quapropter hoc ipsum commune, diuersum in illis specie est. Erit igitur per se hoc quidem tale quoddam animal, hoc verò tale quoddam, ut hoc equus, illud homo. Hec igitur differentia diuer- sis generis sit necesse est. Voco autem generis differentiam, eam diuersitatem, qua hoc ipsum diuersum facit.

B Hac igitur ^a erit contrarietas. Quod & inductione aperium est. (omnia enim oppositi dividuntur) & ex eo ^b quod de- monstratum est, contraria in eodem esse genere. Erat enim contrarietas, perfe- cta differentia; omnis verò differentia qua ad speciem pertinet, aliquius aliquid est: quare & hoc idem & genus in vitro- que est. **C** Quare contraria omnia que- cunque specie, non item genere differentia, in eadem predicamentis serie sunt, diuer- sique inter se maximè. Perfecta enim est eorum differētia, & simul esse non possunt. Est igitur differentia contrarie- tas. **D** Hoc enim est diuersum esse specie, ea que in eodem genere sunt, cūm in- dividuum sint, contrarietatem habere. Ea verò sunt eadem specie, quecumque individua cūm sunt, contrarietatem non habent. Namque in divisione, & in mediis contrarietates existunt, aniquam ad individua venientur.

Hinc ^b patet nihil eorum que ut gene- ris species conueniunt, si cum eo quod vo- catur genus, conferatur, neque idem nec diuersum specie esse. Materia enim ne- gatione declaratur: genus autem mate- ria eius est, cuius genus dicitur, non ut id quod est Herculeorum, sed ut quod est in natura. Nec verò cum ijs collatum qua non sunt in eodem genere: sed genere qui- dem ab eis differet; specie autem ea dif- ferunt,

τὸ λέγεται, μη κατὰ συμβεβηκός ἔχον διαφοράν, εἴθ' ὡς ὑλὴ ὄν, εἴθ' ὡς αἴλως. εὐ μόνον γὰρ δεῖ τὸ κοινὸν ὑπάρ- χειν, σίνην, ἀμφω ζῶα, αἴλως καὶ ἑτε- ροῦ ἐκατέρῳ, τῷ τοῦ ζῶον, σίνην, τὸ μὲν ἵππον, τὸ δὲ ἀνθρώπον. διὰ τοῦτο τὸ κον. νὸν, ἐτεροῦ αἰλῆλων ἐστι τῷ εἴδῃ. ἔτι δὲ καὶ αὐτὸν, τὸ μὲν τοινοῦ ζῶον, τὸ δὲ τοινοῦ, σίνην τὸ μὲν ἵππον, τὸ δὲ αὐτὸν. αὐτὸν καὶ ἄρα τὸ διαφοράν ζῶον, ἐτερότητα, οὐτέ τοινοῦ ποιεῖ τοῦτο αὐτό. Ἐναντίωσις τοίνυν ε- στι αὐτῇ. μῆλον δὲ τὸ εἶπα γαγγῆς. πάλια γὰρ διαφέρει τοῖς αὐτοις μόνοις. **E** καὶ ὅτι τανατία ἐν ταῦται γένεται, δέδο- καὶ αὐτὸν γὰρ ἐναντίοτης, λογικὴ διαφορά τε λέσσι. δὲ τὸ διαφορά ἐστι, πᾶσα τινὸς π. ὥστε τοῦτο τὸ αὐτό τε καὶ γένος ἐπ' αἴλων. Οὐ δέ καὶ τῇ αὐτῇ συστιχίᾳ πάλια τὰ ἐναντία τὸ κατηγορεῖσας, ὅσα εἴδει σὲ αἴτοις καὶ μὲν γένεται, ἐτεροῦ τε αἰλῆλων μάλιστα. τελέσι γὰρ τὸ δια- φορά, καὶ αὖτις αἴληλοις καὶ γένοις. **F** οὐδέ τὸ διαφορά, ἐναντίωσις ἐστι. **G** τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ἐτεροῦ εἶναι τῷ εἴδει, τὸ δὲ τῷ αὐτῷ γένεται ὅτια. τὰ αὐτὰ δὲ τῷ εἴδει, ὅσα μὴ ἔχι τανατίαν αἴτοια ὅτια. τὸ δὲ τῷ διαφορά καὶ τοῖς μεταξὺ γένουσιν ἐναντίωσις, πρὸν εἰς τὰ αἴτοια ἐλθεῖν. **H** ὥστε φανερὸν ὅτι τοῖς τῷ καλέμε- νον ὄν γένος, ψετε ταῦτα, ψετε ἐτερον τῷ εἴδει ψετεν ἐστι τὸ ὡς γένος εἴδειών τοσοῦτον. οὐ γὰρ ὑλὴ ἀποφάσεις ση- λοεῖται, τὸ δὲ γένος ὑλὴ, οὐ γένεται γένος. μηδὲ τὸ τὸ Ηρκυλεῖον, αἴλ- ḷ οὐτὸς τὸ δὲ τὸ Φύσης. ψετε τοῖς τῷ μὴ ἐν ταῦται γένεται αἴλως διοίστε, τῷ γένει εἰσείγεται δὲ, τὰ δὲ ταῦτα γένεται

εναρθίων γῳ αὐάγῃ εἴναι τὸν Δια·
Φορεῖν, οὐ Διαφέρει εἰδῆς. αὐτη δὲ ὑ·
πάρχει τοῖς ἐν ταῦτῷ τῷ γῇ οὐσι
μόνοις.

ferunt, que sunt in eodem genere. Dif·
ferentiam enim contrarietatem eius esse
necessē est, à quo aliquid specie differt:
hac autem iis solis inest, que in eodem ge·
nere collocantur.

EXPLANATIO CAPITIS VΝDECIMI.

* *Diversum autem specie.*

Cum Aristoteles c. 5. docuisset, contrarietatem esse quandam dif·
ferentiā: in hac extrema parte libri, quę tribus hisce capitibus cōti·
netur, docet, quānam differentia sive diuersitas ea sit, specificāne
an genericā. Quamquam enim ex iis quę dicta sunt, hactenus
videatur planè constare, specificam esse, cūm ea quę contraria sunt, in eo·
dem genere maximē distare dicta sint; quia tamen res ipsa suas quādam ha·
bet peculiares difficultates, iterum ea tractanda pressius meritō ei visa est,
vt ex dicendis patebit. Ac in hoc quidem capite id expendit, sintne idem
differentia sive diuersitas specifica atque contrarietas, annon. Quam quæ·
stionem vt pro affirmativa parte determinet, eo modo quem explicabimus,
ostenditur, primum differentiam specificam diuersas per se facere, non solū
specificas naturas, sed etiam ipsam genericam, quę in eas diuiditur. Quod
quidem dixisse videtur, vt poneret discrimen inter differentiam sive diuersi·
tatem specificam & indiuidualem, quę non facit naturam specificam diver·
sam per se ipsam in suis indiuiduis, quemadmodū nec naturas indiuiduates.
Nam vt inter indiuidua eiusdem speciei infimae, non est ordo per se, vt mi·
nimū aliud natura perfectionē aliud antecedat, quod Aristoteles lib. 3. &
8. docuit (nisi ratione accidentium quibus alia aliis perfectiora esse possunt)
ita nec in natura specifica, contracta per differentias indiuiduales, ac proin·
de nec diuersitas per se, quam supponit ordo per se. At in natura generis
alii ratio est: nam vt species eiusdem generis habent per se & ex suis essen·
tiis ordinem perfectionis, vt semper alia, alia natura sua sit perfectioris: na·
tura ipsa genericā diuersificata, vt ita dicam, in suis speciebus per differētias,
est etiā in illis per se diuersa, nō quia ipsa per differētias fiat in se diuersa à se
ipsa, essentiali discrimine (alioqui vniuoca non esset) sed quia denominatur
diuersa per se & essentialiter à differentiis, quibus contrahitur ad constitui·
tionem diuersarum essentiarum, per quas etiam differentias ordinem per se
in suis speciebus consequitur, quod naturae specificae in suis indiuiduis non
est conciliū.

Duo igitur requirit Aristoteles, vt commune aliquid sit, diuersum specie
in suis particularibus; Vnum, vt sit quippiam diuersum in illis, hoc est, vt sit
natura aliqua vniuoca diuersa per se in illis, qua ratione diuersitas specifica
genesis in suis speciebus distinguitur à diuersitate numerali speciei in suis
indiuiduis, vt patet ex dictis. Alterum est vt commune illud per se & qui·
ditatiē de suis particularibus dicatur, vt animal de horaine & equo, ita vt
hac dicantur diuersa animalia. Qua in conditione etsi convenit diuersitas
generis in suis speciebus cum diuersitate specifica in suis indiuiduis, differt

ramen à diuersitate materiae in diuersis specie compositis, quia cum genus dicatur de iis in quibus per se diuersificatur per differentias; non tamen materia dicitur de iis in quibus per se diuersificatur per formas. Est enim materia pars realis eorum, quae ex ipsa & forma constant, cum tamen genus sit id ipsum re ipsa cum suis speciebus.

Atque haec non tantum sanæ doctrinæ causa dicta sunt, sed etiam contra errorem Platonis, qui cum separaret vniuersalia à suis particularibus, conuincebatur admittere genera, nec diuersa effici in suis speciebus; nec de illis quiditatiue dici.

^b *Est igitur necesse.*

Obiter inter ea quæ diximus, ^B colligit Aristoteles, ea quæ sunt specie diuersa, necessariò esse posita sub eodem genere. **Quo** sit ut quæ generibus omnino diuersis subiecta sūt, neque in uno aliquo cōmuni genere conueniunt, specie diuersa dici non possint, si propriè loquendum est, sed genere diuersa. **Quod** idem, confirmat ex definitione generis, quam hīc explicatiūs ex parte, & ex parte confusius, quam capit. 5. affert. Ibi enim supplere oportet particulam [per se] in verbo [differunt] ne definitio speciei insimæ conueniat: hīc autem particulam [secundum substantiam] in verbis [vnum atque idē] ne accidentibus accommodetur. **Quod** verò addit [seu quasi] materia sit, seu modo alio] cōtinet, vt innuat diuersam considerationem naturæ genericæ. Potest enim considerari ut materia quatenus imperfectior est specifica, & per differentiam adiunctam perficitur. Potest item spectari ut forma quædam quatenus dat esse suis speciebus & individualibus, quo pacto superiora omnia dicuntur formæ inferiorum, ut ipse 2. phys. & libro 5. huius operis docuerat.

^c *Quæ hoc ipsum diuersum facit.*

Svaudiendum est [per se] quod vtique non est concessum differentiis individualibus siue comparatione generis siue speciei.

^d *Hac igitur erit contrarietas.*

Dicit iam differentiam specificam id esse atque contrarietatem, hoc est, quod conuerti intra se; quod & inductione probatum esse vult, & ratione confirmat. Tametsi inductione id solùm probat, omnem differentiam seu diuersitatem specificam esse contrarietatem; ratione autem vice versa omnem contrarietatem esse differentiam specificam. Inductio autem hoc posito quasi C fundamento conficienda est. Omnia per opposita diuidi, quod pronunciatum quasi per se notum ipse sumit, nōque in institutionibus dialecticis quo pacto in omni diuisione intelligendum sit, exposuimus. Patet autem, differentias quibus genera diuiduntur in suas species, non esse contradictioni oppositas, quia contradictione diuidit omnia tum entia tum non entia, & altera eius pars est non ens absolute neque item priuatiue, quia altera priuatiūs oppositionis pars est non ens in subiecto; nec verò relatiue, quia quæ relatiue opponuntur, vel non sunt in eodem genere cum iis quibus opponuntur: ut scientia & scibile; vel si sunt in eodem genere, sunt modo quodam suo contraria, vel mediata, scilicet medio positivo, ut magnum & paruum, dissimile per excessum & dissimile per defectum, ut ex dictis patet; siue immediata parentiaque huiusmodi medio, ut pater & filius, dominus & seruus, tametsi

etsi omnia sunt mediata medio ne- A species eiusdem generis contrariæ sunt inter se,tamen omnes differentias quibus illud diuiditur,esse contrarias, quod sic accipiendum est(ne vt Aristoteli in his quæ proximè docuit,repugnemus)etsi omnes species eiusdem generis communi quadam ratione possunt dici contrariæ ; tamen differentiæ ea ratione verius contrariæ dici possunt , quatenus ad genus quod diuidunt , quasi ad communem materiam,susceptiuūm. que,refertuntur.

B

Et ex eo quod.

C

P

Robat ratione omnem cōtrarie-
tatem esse differentiam sive di-
uersitatem specificam. Ratio vero
est,quia cum ad diuersitatem speci-
ficam requiratur ac satis sit identitas
generis & diversificatio eius per dif-
ferentias , atque haec reperiantur in
contrarietate,efficitur,omnem con-
trarietatem esse differentiam seu di-
uersitatem specificam. Major pro-
positio in superiori parte huius ca-
pitis ostensa est : minor vero ex iis
quæ suprà à nobis dicta sunt,próba-
ta relinquitur , vbi demonstratum
est , contraria esse in eodem genere,
contrarietatemque esse perfectā dif-
ferentiam, quæ si talis est , non du-
biū quin diversificetur per se natu-
ram generis in suis speciebus. Quod
autem ad verba attinet, illud quod
de differentia specifica hic dicitur
[Alicuius aliquid esse , illudque &
genus in utroque esse] hunc habet
ensem,Differentiam esse entitatem
aliquam speciei,cārūque & naturam
generis in utraque specie: non quod
differentia diversificetur cum natu-
ra generis in utraque ,sed quia di-
uersa omnino est in utraque natura
generis, non diversa omnino sed di-
versificata per se per ipsas differen-
tias diuerſas.

D

H 2

[¶] Quare contraria omnia.

Conse^ctarium quoddam est, quo colligit, contraria omnia, quæ genere non differunt sed specie, sola in eadem serie prædicamenti locata esse, & maximè esse diuersa. Quod subiecit, ut lectorem ad eam disputationem pararet, quam proximo capite instituet de illo contrariorum genere, quo paulo antè diximus, quædam genere etiam inter se esse diuersa.

[¶] Est igitur differentia contrarietas.

Repetit præcipuam conclusionē huius capitū, omnem videlicet diuersitatem specificam, esse contrarietatem aliquam, & omnem contrarietatem, esse diuersitatem specificam, ita ut vnum atque idem videatur diuersitas specifica, & contrarietas. Ait enim, nihil aliud esse species infimas (quas vocat individuas, quod non dividantur per differentias diuersificantes per se naturā speciei) esse diuersas specie, quām contrarietatem habere. Vnde sit, ut ea sint eadem specie infima, quæ cūm individua sint omnino, seu & formalī & materiali diuisione, non habent inter se contrarietatem. Vnde etiam patere ait, contrarietatem, quemadmodum & diuersitatem specificam, in diuisione, & in mediis, hoc est, in sola differentia seu diuersitate eorum quæ media sunt inter summā genera & individua, reperi, antequam dividendo, ad-individua perueniatur.

[¶] Hinc patet.

Infert alterum conse^ctarium: Nulas videlicet species idem esse spe-

A cie cum suo genere, aut ab illo specie diuersa. Loquitur autem de genere, non vt Herculeorum aut Romanorum, sed de eo quod ad natūram rerum pertinet. Quod autem nulla species sit idem cum suo genere, ex eo constat, quia sola ea quæ sunt omnino individua, sunt idem specie inter se, ut proximè dictum erat. Quod vero nec sit specie diuersa, etsi ex eo deduci poterat, quod aperte constet, nullam natu-

B ram vniuocam esse diuersificatam per se in genere & vlla eius specie (quod initio capitū ostensum esse necessarium in iis quæ differunt specie) tamen ex eo probatur ab Aristotele, quia genus est veluti materia prima suarum differentiarum: proinde quatenus tale est negatione earum, quibus suo modo formatur, declarari potest, ut materia prima declaratur negatione formarū quas potest suscipere; quo fit, ut nullam differentiam includat, qua à suis speciebus specie differre possit. Nam eas quibus constituitur [si est subalternum] omnes suis speciebus communicat.

[¶] Nec verò cum ijs.

Tertiū conse^ctarium est: Nihil posse dici differre specie ab iis quæ sunt in aliquo eodem genere, sed ab iis tātū quæ sunt in eodem. **D**Quod ex eo deducit, quia differentia specifica est contrarietas quædā; at contraria non esse in diuersis generibus, iam sēpe ostensum est. Nam quod paulo pōst in diuersis generibus ponentur corruptibile & incorruptibile, ad aliam quandam generis usurpationem spectat, ut eo loco dicetur.

Kefā

Κεφαλαίου ιβ.

Text. 25.

A πορήσει δή αὐτῷ, διὰ τὸ αὐτὸρὸς χωὴν ἐξ εἰδούσια φέρεται, ἀνατίτις τὸ θύλε^θ καὶ τὸ ἄρρεν^θ ὄντ^θ, τὸ δὲ διαφορᾶς ἀναπτισεως γένες ζῶον θῆλυ καὶ ἄρρεν, ἔτερον τοῦ εἶδος καθίτι καθ' αὐτὸν τὸ ζῶον αὐτῆς διαφορά, καὶ τὸ οὐκέτι λεπτότης μελανία, ἀλλὰ τὸ ζῶον καὶ τὸ θῆλυ καὶ τὸ ἄρρεν τὸ αρχεῖον.^θ ἔστι δή τὸ δότος οὐκέτι ηὔτη, καὶ διὰ τοῦτο, τὸ μὲν τοιεῖ τῷ εἶδει ἔτερον ἀναπτιστοῦσι, τὸ δὲ οὐκέτι τῷ τετράντει τοιεῖται μελανία οὐ. Τὸ δέ τοῦτο μὲν τοιεῖται τῷ λόγῳ τοῦ θύλης, ταῦτα δὲ τοῖς; καὶ ἐπειδὴ τὸ μὲν λόγον^θ, τὸ δὲ οὐλη^θ, ὅσα μὲν συντίθεται τῷ λόγῳ εἰσὶν ἀναπότητες, εἶδει τοιεῖται διαφοράν. Ὅσα δὲ ἐν τῷ συνειλημμένῳ τῇ οὐλῃ, οὐ τοιεῖται. Διὸ ἀνθρώπου λεπτότης οὐ τοιεῖ, οὐδὲ μελανία, οὐδὲ τὸ λεπτόν θύληπον εἰσὶ διαφορά κατὰ τοιεῖται μελανατοῦ θύληπον, εἰδοῦλον οὐδὲ τοῦτο οὐδὲ τοῦτο, εἰδεῖται δὲ τὸ οὐλητόν, ἔτερον μὲν τοιεῖται τὸ οὐλητόν, ὅπερ ἐν τῷ λόγῳ τὸ οὐλητόν εἰσιν ἀναπτιστοῦσι. Τόπος δὲ εἰσιν θύληπον. οὐ δῆλον, Καλλίας εἰσὶν οἱ λόγοι θύληπον τοῦτο τὸ οὐλητόν καὶ οἱ λεπτοί δηλοῦσιν θύληπον, οὐδὲ Καλλίας λεπτός, κατὰ συμβεβηκόσι οὐδὲ θύληπος λεπτός. οὐδὲ οἱ χαλκοῦς δηλοῦσιν θύληπον, καὶ οἱ ξύλινοι, οὐδὲ τοὺς γύνακον χαλκοῦς, καὶ οἱ κύκλοι ξύλινοι, οὐδὲ τοὺς οὐλεῖς εἰδούσια φέρεται, ἀλλὰ δέ τοῦτο τὸ λόγον ἔνεστιν ἀναπότητος. Πάστερον δή τὸ οὐλητόν

CAP V T XII.

D ubitabis autem fortasse aliquis, Text. 25. cur mulier à viro non differat species, cum mas & femina contraria sint, differentiaque sive contrarietas; nec vero mas & femina diversa sint specie animalia, cum iamē hec sive per se animalis differentia, neque ei ut albedo & nigredo, sed quatenus animal est, esse marem & feminam conueniat. Est autem dubitatio hec eadem ferè atque illa, cur quedam contrarietas specie diversa faciat, ut gressibile & volatile; quedam vero minimè, ut albedo & nigredo.

An quia^c hec quidem propriæ sunt affectiones generis, illa vero non ictem? Atque cum aliud sit ratio, aliud materia, quicquidque in ratione contrarietas sunt, ea specie differre faciunt; que vero sunt in eo quod simul cum materia sumuntur, ea non faciunt. Quocirca hominis differentiam albedo non faciunt neque ictem nigredo: nec homo albus ab homine negro specie differt, etiam si nomen unum imponatur. Homo enim ut materia est; materia vero differentiam non facit; neque homines hominis sunt species. Quapropter et si diversa sunt carnes & ossa, ex quibus hic & ille constat; sed & totum simul est diversum, in specie tamen haud diversum est, quod in ratione ipsa non sunt contrarietas. Hac autem est indinidua: Callias vero ratio cum materia est. Et Græci dicit[ur] utramque albū est, quia Callias est albū. Itaque homo per accidens est albus. Neque igitur aneris circulus & ligneus, nec triangulus aneris, & ligneus circulus propriæ materiam specie differunt, sed quia in ratione contrarietas inest. Sed virtutem^b materia non

Græci dicit[ur]
[utramque] albū est,
omnes inter-
pretes addunt,
& correctio
Græca Syrie.
et

H 3 8 τοιεῖ

εἰσιν ἔτεροι τῷ εἶδει, οὐδὲ τῷ ὅτε. A non facit specie diuersa cùm diuersa mo-
ρει, οὐδὲ τῷ εἶδει: διὰ τὸ ὅτε ὁ
ἴπας τοῦδε ἀνθρώποις ἔτερος τῷ
εἶδει; καί γε σωὶς τῇ ψλήσιοι λόγοι αὐ-
τῶν; οὐδὲ ἔτεστιν ἐν τῷ λόγῳ ἐναγάπη-
σις; καὶ γὰρ τῷ λόγῳ ἀνθρώποις καὶ
μέλαιναις ἴπας. καὶ εἴσι γέ εἶδει, ἀλλά
οὐχ οὐδὲ λόγος, οὐ μέλας· εἴσι
καὶ εἰς αἱματικὸν λόγον, οὐ μάρτιον, οὐ
εἰς ἄλλον λόγον. τὸ γέ ἀρρένες καὶ θῆλυ, τῷ
ζώουν οὐκέτι μόνον ταῦθη, ἀλλὰ καὶ κατὰ
τὴν φύσιν, ἀλλά τῇ ψλήσιοι λόγοι τῷ σώ-
μαν. διὸ τὸ αὐτὸν ἀρρένες, οὐ θῆλυ οὐ
ἀρρένες γένεται ταῦθον. πάντα γέ
εἰσι τὸ τῷ εἶδει ἔτερον εἶναι, καὶ Διὸς τῷ
τοῦ Αἰενόφερος εἶδει, τοῦ δὲ εὑρεῖται.

Text. 26.

Mas autem & foemina propria
sum animalis affectiones, verum non in
substantia, sed in materia ac corpore. Qua-
de causa idem semen aliqua passione af-
fictum, aut mas fit aut foemina.

Quid igitur si specie diuersum esse, Text. 26.
& quam ob causam alia differant specie,
alio minime dictum est.

EXPLANATIO CAPITIS DVODECIMI.

Dubitabit autem fortasse.

Tquædam alia contrariorum genera adiungat, de quibus haec-
Vnus non differuit, unum eorum quæ ne specie quidem differre fa-
ciunt, de quibus hoc capite disputabit; alterum eorum quæ fa-
ciunt genere etiam differre, de quo capite sequenti ager; hanc
dubitatem proponit hoc loco, cur mulier à viro non differat specie, cùm
mas & foemina sint contraria, & haec tenus dictum sit, contraria inter se spe-
cie differre, ita ut differentia specifica & contrarietas idem esse videatur;
Præserrim cùm differentia maris & foeminæ (quæ est altera dubitandi ratio)
non sit differentia per accidens animalium, ut est albedo & nigredo; sed
per se animali, quatenus est animal, conueniat, siquidem mas & foemina
per animal definiuntur. Nam si est differentia per se generis; igitur diuer-
sam facit generis naturam in species, ut ex superiori capite perspicuum est.

Est autem dubitatio.

Reuocat dubitationem proposi-
tam ad communiores terminos
in eadem pene quærendi forma;
Cur videlicet ex contrarietatibus
alia faciat res specie diuersas, ut esse
gressibile, ac volatile; alia verò mi-
nimè, ut albedo & nigredo. Vide-
mus enim omne animal gressibile
tantum, esse specie diuersum à quo-

cunque volatili; cùm tamen ex ani-
malibus eiusdem speciei insimæ, alia
sepe alba sint, alia nigra, ut patet in
hominibus & quibusdam auibus.

An quia hoc quidem.

Solutuit hoc loco dubitationem
communiori forma propositam,
soluturus eam ad finem capitinis in
propriis terminis. Ait igitur pro-
pterea

pterea quasdam generis affectiones contrarias facere diuersas species (seu potius earum diuersitatem indicare) quia sunt propriæ illius affectiones ; quasdam verò non facere diuersas , quia non sunt illius propriæ, hoc est, quia minus propriæ, tamen eti si omnes dicātur per se illi conuenire , quia extra illud non inueniuntur , & per illud definiuntur. Ait autem eas esse propriè dictas affectiones generis , quæ sequuntur rationem, hoc est , formam aliquam vniuersalem , ut esse gressibile , & volatile : eas verò minus proprias quæ sequuntur materiam (intellige signatam & particularem) eiūlue particulares conditiones , ut esse album, & esse magnum, paruum, & similia. Hinc enim fit ut homo albus non differat specie ab homine nigro , neque item homo magnus ab homine paruo, etiamsi toti composite ex homine & huiusmodi aliqua affectione vnum imponatur nomen, ut forsitan videatur vnu quid: Nam cùm hæ affectiones per accidens homini communi conueniant , & ratione indiuiduorum , quibus primò & immediatè insunt, nō possunt, cum homine communi naturam aliquam verè vnam constituere , nec verè indicare, sed semper cōiunctio earum cum homine significat compositum aliquod per accidens sub specie humana contentum.

Homo enim ut materia est.

DE singulari homine hoc intellegendum est , deque materia singulari seu signata ut vocatur, quam ille includit , & per quam physicè multiplicatur, ut diximus ad cap. 6. lib. 5. quæ materia non facit differentiam specificam, siue per se ipsam siue per accidentia particula ria , quæ illam comitantur. Quapropter eti carnes & ossa , & con-

Atraria quædam materiam particula rem spectant , diuersa sunt in hoc & illo homine, totusque hic à toto illo diuersus est ; tamen ea rætione non est specie diuersus, quia eorum contrarietas non ad rationes seu formas vniuersales diuersas , sed ad particulares materias referenda est.

Hoc autem est indiuidua.

ET si omnes interpretes hoc patet legunt[Hoc autem est, vltimum , & indiuiduum] & correctionem ité Græca Syrleti Cardinalis ; nobis tamē magis probatur communis lectio omniū quos vidi Græcorū codicū , qui non agnoscunt distinctionem vltimum.] Sed nec sensus eam postulat, cùm potius Aristoteles opponat indiuiduam formam specificam Calliae , in quo forma specifica cum materia particulari comprehenditur: ita fit ut τὸ ἄτομον hoc loco sumatur pro specie quæ neutrō nomine apud Græcos significatur ; dicitur enim forma specifica indiuidua, quia in alias specificas non dividitur , quemadmodum nec species quam constituit; Callias verò non solum indiuiduum sed vltimum indiuiduum dici potest , quia nec formalis , nec materiali divisione in inferiora multiplicatur.

Et homo igitur albus est.

DE homine communi perspicue loquitur, quippe qui ratione Calliae & est albus & per accidentes albus. Vnde infert , Quia circulus & triangulus sunt lignei & ænei per accidens, nempe propter qualitatem huius vel illius materiae particularis, non ideo circulum æncum , & ligneum , neque item triangulum æneum & circulum ligneum differe specie propter materiam: sed quia in circulo & triangulo quæ sunt forme vniuersales, inest contrarietas differentia

rentiarum, quibus illæ cōstituuntur, A
iccirco triangulus æneus, & ligneus
circulus, ex parte figurarum differunt
specie; circulus autem æneus (quod
supplendum est) & ligneus non item.

⁸ Sed utrum materia.

Cum multis in rebus, specie di-
uersis, materia quoque ipsa modo aliquo diversa sit specie, ma-
teria, inquam, secunda siue proxima, vt in hoc homine & in hoc
equo; in omnibus enim hominibus
certa quedam materia secunda cer-
nitur, & in omnibus equis alia qua-
dama certa: querit Aristoteles, cur
non etiam materia diuersas faciat
species. Nam in hoc homine & in
hoc equo, rationes siue formæ uni-
uersales simul cum materia vniuer-
sali sunt, tametsi contractæ & parti-
culares factæ. Sic enim intelligen-
da videntur verba illa [Cur enim hic
equus, &c.] videtur enim pars ratio
in utraque, præsertim cum lib. septi-
mo dictum sit, duplicitm esse mate-
riam, alteram vniuersalem, quæ per-
tinet ad speciem. (neque enim species
rerum materialium sine materia est,
vt Plato existimabat) alteram particu-
larem, quæ individuum constituit.
Huic questioni responderet Aristote-
les, differentiam specificam potius
à forma quam à materia desumi,
quia contrarietas differentiarum,
quæ diuersas species constituunt, à
formis specie diuersis sumuntur, quod
intellige primò & præcipue: nam si
qua contrarietas cernitur in materiis
communibus diuersarum specierū,
ab ipsa formarum diuersitate oritur,
siquidem ipsa materia prima, in se
spectata, nihil habet discriminis in
speciebus diuersis eiusdem omnino
generis; quod addiderim propter
questionem de corruptibili & in-
corruptibili, quæ in cap. sequenti tra-
ctanda est.

^b Mas autem & foemina.

Solutio dubitationem in propriis
terminis matis & foeminae, in
quibus excitata est: Solutio vero ex
dictis patet: fatetur enim, differentia
sexuum, affectiones esse quidem per
se animalis, neque extra materiam
animalis reperiri (tametsi quid simi-
le in quibusvis plantis cernitur) ve-
rū eam differentiam, non ad differ-
entiam formæ, quæ eiusdem speciei
est in mare & foemina, sed ad differ-
entiam materiæ qualitatem referen-
dam esse. Inde enim fit, vt idem se-
men alia & alia ratione dispositum,
aut mas euadat aut foemina. Nam
vt ipse tradit in libris de genera-
tione animalium, foemina impotentia qua-
dama existit, & quasi mas lœsus est.
Quin etiam, vt quinto libro dixi-
mus, interdum foemina in matrem
mutati solet.

^c Quid igitur erit.

Potius quid
igitur sit.

In hoc breuissimo huius & su-
perioris capituli epilogo, sic extre-
ma verba accipienda sunt, quasi di-
cat [& quam ob easam alia ratio-
ne contrariorum quibus distin-
guuntur, differant specie, alia vero
minime, dictum est hactenus.] Quo-
loco aduerte, et si quedam contra-
ria dicta sunt in hoc capite, non effi-
cere, vt ea quæ illis distinguuntur,
differant specie; non inde tamen
colligi, ipsa in se non differre specie.
Nam & album & nigrum, & mas &
foemina non efficiant, vt homines
albi & nigri, itemque mares & foeminae
specie differant, ipsa tamen in
suis generibus, illa colorum, haec ve-
ro potentiarum specie differant, vt
est perspicuum. Addita tamen eo-
rum distincta tractatio à contrariis
in se spectatis, quia etiam, quatenus
respectu eorum, quæ non faciunt
differre specie, contraria dici solent.

Kap.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

Eπεὶ τὸ σκλητία ἔτερον τῷ εἶδει,
εὐρὺ φθερτὸν καὶ τὸ αἴφθερτον
σκλητία (σέρροις γὰρ αἰθυαριά διω-
γόρδη) αὐτάκι ἔτερον εἴναι τῷ
γένει τὸ φθερτὸν καὶ τὸ αἴφθερτον.
τοιούτοις εἴστιν αὐτῶν εὐρήκαρδον τὸ^{τὸ}
καθόλευ ὄνομάτων. ὡς δοξεῖν δὲ τοιούτοις
αἴγαγκαρδον εἴναι σπουδὴ αἴφθερτον καὶ
φθερτὸν ἔτερον εἴναι τῷ εἶδει, ὡς τοῦ
τὸδε λόγιον καὶ μέλαν. τὸ δὲ αὐτὸ^{τὸ}
σκλητέται εἴναι καὶ σκλητός, εἴναι δὲ τὸ κα-
θόλου, ὡς τοῦ ὀντοτεχνῶν εἴτε δὲ καὶ τὸ^{τὸ}
λόγιος καὶ μέλας, καὶ τῶν κατ' ἔ-
καστα. εἴναι γὰρ μηδὲ αἷμα οὐτὸς λό-
γιος καὶ μέλας. καί τοι σκλητίον τὸ^{τὸ}
λόγιον τῷ μέλανι. αἱλάτων σκλη-
τίων, τὰ μὲν κατὰ συμβεβηκός υ-
πάρχει σκλητός, οἷον δὲ τὰ νιῶ εἰρημένα
καὶ ἀλλα τολλά ταῦτα αἰθυαριά, ὃν
εἴτι καὶ τὸ φθερτὸν, καὶ τὸ αἴφθερ-
τον. οὐδέν γαρ εἴτι φθερτὸν κατὰ
συμβεβηκός. τὸ μὲν γὰρ συμβεβηκός
σκλητέται μηδὲ παράχει τὸ δὲ φθερ-
τὸν, τὸ δὲ αὐτάκις παράχοντων εἴτιν
οῖς παράχει δὲ εστι ταῦτα ἐν φθερτὸν
καὶ αἴφθερτον, εἰ σκλητέται αὐτὸς μηδὲ
παράχειν τὸ φθερτόν. δὲ τὸ εἰσιν αἴρει,
δὲ τὸ τῆς δοσίας αἴγαγκαρδον παράχειν τὸ^{τὸ}
φθερτὸν εἰκάσω τὸ φθερτόν. οὐ αὐτὸς δὲ
λόγος καὶ αἴρει τὸ αἴφθερτον. τὸ δὲ δὲ
αὐτάκις παράχοντων αἷμα φωτόν αἴρει
καὶ καθά παράτον, τὸ δὲ φθερτὸν τὸ δὲ
αἴφθερτον εἴτις αὐτίθεσιν. ὡς αὐτάκις
γένει ἔτερον εἴναι. φανερὸν τούτῳ ὅπι
τοιούτοις εἴναι εἴσῃ τοιαῦτα οἷα
λέγοντοι τοιούτοις. εἴσῃ γὰρ αἴθρωπος, οὐ μὲν
φθερτός, οὐδὲ αἴφθερτός. καί τοι τῷ εἶδει τοῦτο
καὶ τοῦτο ὁμάνυμα. τὸ δὲ φθερτόν, τοιαῦτον διέγειται δὲ τῷ εἶδει.

CAPUT XIII.

Quoniam vero contraaria, specie di-
uersa sunt; corruptibile autem &
incorruptibile sunt contraria (est enim
privatio impotentia determinata) nece-
sse est, corruptibile & incorruptibile gene-
ra diversa esse. Ac nunc quidem in ipsis
universalibus loquuntur summi. Itaque vi-
deri potest non esse necesse, ut quodvis cor-
ruptibile & incorruptibile diversa sint dicerem (da-
re idemquod (de) quocirca (in ipsis))
B species, quemadmodum neque album &
nigrum. Namque idem ac simul esse po-
test, si sit ex universalibus, qua ratione
homo & albus & niger esse potest, simile &
ex singularibus: fuerit enim fortasse idem
non simul album & niger, cum interim albi
nigro contrariū sit. Verum eorum qua con-
traria sunt, alia quidem per accidens quibus-
dam insunt, ut & ea qua nunc dicta sunt,
& alia pluralia: alia sic inesse non possunt; &
quibus sunt corruptibile & incorruptibile.
Nil enim per accidens corruptibile
est. Accidens enim potest non inesse, in-
corruptibile autem ex iis est, qua quibus
insunt, necessario insunt: aut unum &
idem corruptibile & incorruptibile erit,
si fieri potest, ut ei corruptibile non insit.
Aut igitur corruptibile substantiam es-
se, aut in substantia cuique corruptibilium
necessario est. Atque endē ratio est in incor-
ruptibili: ambo enim ex iis sunt qua ne-
cessario insunt. Quia igitur ratione & per
quod primò aliud corruptibile est, aliud
incorruptibile, oppositionē viue habent.
quo sit & ut necessario sint genere diversa.

Constat igitur fieri non posse ut idea
tales sint, quales quidam esse dicunt.
Erit enim is qui homo dicitur, aliis cor-
ruptibilis, aliis incorruptibilis, cum ta-
men idea cum iis qui apud nos sunt, ca-
dem specie esse dicantur, neque id equi-
uocet. At ea qua sunt diversa genere, plus
distant, quam qua specie.

I EXPLA

EXPLANATIO CAPITIS DECIMI TERTII.

Quoniam vero contraria.



V M tradidisset cap. superiori contraria quædam, quæ ne specie quidem differre faciunt; addit hoc extremo alia quædam, quæ etiā faciunt differre seu diuersa esse genere, non quidem logico, ut vocant. seu prædicibili, de quo hactenus sermo erat, seu quod in questione quid est, de pluribus specie differentibus prædicatur (quasi aliqua sint contraria quæ res ita differre faciant, ut ne logico quidem vlli conueniant) sed physico, ut dicitur, seu subiectivo, quod est materia. Hæc enim fuit vna ex iis significationibus generis, quas apud Philosophos quasi proprias & peculiares cum Aristotele ad calcem propè libri quinti usurpati diximus.

Probat ergo Aristoteles initio capitinis, corruptibile & incorruptibile diuersa esse genere hac ratione; Contraria diuersa sunt specie, corruptibile & incorruptibile sunt contraria; sunt igitur diuersa genere. Propositionem ex dictis veram esse ponit. Assumptionem ex eo probat, quia corruptibile & incorruptibile opponuntur ratione potentiaz & impotentiaz: Corruptibile enim dicitur id quod corrupti potest; incorruptibile autem quod non potest. Vel sic, corruptibile, quod non potest corruptioni resistere; incorruptibile vero quod potest. Sic enim diuersis significationibus potentiaz de quibus actum est lib. 5. & 9. vtrumque dici potest, vel habere potentiam vel impotentiam. quæ duo cùm priuatiuè opponantur, contrarietatem efficiunt in iis differentiis, per quas corruptibile & incorruptibile opponuntur. Sed de consequentia dubitari potest quòd inepta videatur: cùm enim conclusum esset, corruptibile & incorruptibile diuersa esse specie, conclusum est diuersa esse generes.

Dicendum est tamen, et si forma concludendi apta non est; in materia tamen de qua agitur, rectè concludere. Nam cùm corruptibilia & incorruptibilia non possint habere materiam eiusdem naturæ, siquidem materia corruptibilium non est capax eorum formarum quibus res incorruptibles constituuntur; nec materia incorruptibilium capax est formarum quibus constant corruptibles; cùm de genere quidem subiecto quod est materia, intelligenda sit conclusio, non dubium est, quin aptè concludi potuerit, corruptibile & incorruptibile diuersa esse, non solum specie sed etiam genere. Vtrumque enim verum est, & sequitur ex sumptionibus spectata natura materiaz rerum corruptibilium & incorruptibilium; sunt enim res corruptibilis & incorruptibilis in genere sumptaz, non solum & specie diuersæ sub communi genere prædicibili substantiaz ac substantiaz corporeaz; sed etiam diuersæ genere subiectivo; non enim idem potest esse subiectum omnium naturalium formarum. De qua re nonnihil diximus ad c. 8. libri quinti. Per spicuum autem erit ex verbis sequentibus, Aristotelem vtrumque inferre voluisse. Quod dixerim, ne hinc colligas quod nonnulli minus consideratè faciunt, substantiam corruptibilem & incorruptibilem apud Aristotelem esse suprema genera prædicabilia.

Quod autem ad verba attinet, id quod Aristoteles ait, ad probationem assum

assumptionis impotentiam determinatam esse priuationem (sic enim legendum est) eò pertinet ut significet se non accipere impotentiam pro pura negatione potentia (sic enim contradictorie opponeretur potentia, nec contrarietatem efficeret seu potius innueret incorruptibili & corruptibili) sed pro negatione potentia determinata sive addicta ad gradum illum entitatis, quo res incorruptibilis in commune distinguitur à re corruptibili, vel contrà corruptibilis ab incorruptibili, iuxta distinctionem positam impotentiae; sic enim impotentia innuit contrarietatem entitatum, quo incorruptibilia quatenus talia sunt, corruptilibus quatenus corruptibilia, distinguuntur.

Ac nunc quidem.

Obiectio quædam est quam sibi ipsi ex aliorum sententia extruit; quasi dicat; Et nos quidem nūc in nominibus vniuersalibus, in quibus plerumque latent æquiuocationes, cuiusmodi sunt potentia & impotentia, corruptibile & impotētia, rem existimamus demonstrasse, non attendentes, oppositum, si res ipsa diligentius expendatur, fortasse dicens fuisse. Meritò enim videri potest corruptibile & incorruptibile multis in rebus non solum non esse diuersa genere, sed ne specie quidem, atque adeo nec numero. Nam vt homo communis simul est albus in Europæo, & niger in Æthiope; imò etiam idem particularis homo potest primùm esse albus, deinde niger, cùm interim album & nigrum sunt contraria; ita non est cur negetur fieri posse vt detur genus aliquod retum, quod in quibusdam particularibus sit ens corruptibile, in aliis autem incorruptibile; imò & vnum & idem particulare prius sit corruptibile, deinde vero incorruptibile. Neque enim desunt qui hoc pacto dicant, quædam animalia esse corruptibilia sub genere animalis, quædam incorruptibilia, atque adeo quosdam particulares homines ex mortali vita in deos immortales esse translatos. Quo sit vt non rectè conclusum sit, vniuersè & sine ylla particularis enunciationis

B nosa corruptibile & incorruptibile differre genere, quasi nulla sint corruptibilia & incorruptibilia, quæ in aliquo genere conueniant.

e Veris contrariorum.

*Ratiō carnales
qua contraria
sunt.*

Dicit obiectio distinctionem contrariorum. Alia enim faciunt res quibus conueniunt differre per accidens, id est, contingenter; alia per se, hoc est necessariò, sive in primo modo eorum quæ per se conueniunt, sive in secundo. Tum ait ea contraria quæ per accidens differre faciunt, conuenire posse rebus quæ non modò differentia genere, sed ne specie quidem, atque id etiam simul tempore, imo vero conuenire posse vni & eidem rei numero, si alterum alteri succedat, cuiusmodi contraria sunt album & nigrum, respectu hominis sive communis sive particularis, & alia complura, vt volare & serpere, quæ simul conueniunt sub animali, aui & colubro; & sub homine, simul calescere ac frigere, simul Socrati & Platoni, vel eidem alio & alio tempore ascendentis scalam, & descendenti. Ac in iis quæ per se faciunt differre, sive vt differentiae essentiales, sive vt proprietates quæ essentiam consequuntur, aliam esse rationem. Nam et si huiusmodi contraria sèpè possunt evenire rebus habentibus idem genus physicum, sive materiam eiusdem speciei (de hoc enim genere sermo est) cuius-

modi sunt differentiae essentiales ac proprietates rerum corruptibilium, differentium inter se specie, ut ignis & aquæ, equæ & leonis; tamen quæ faciunt differentiam corruptibilis & incorruptibilis, non possunt tale commune genus habere. Materia enim corruptibile habet potentiam naturalem ad corruptionem rei, cuius est materia, idque propter eam propensionem quam habet ad alias formas substanciales; materia vero incorruptibile ex natura sua non habet eiusmodi propensionem, seu potius impotentiam ac repugnariam ad alias formas suscipiendas; haec enim ratione non est ea capax contrariorum accidentium, quibus disponatur ad abiicias formas, quas habet, & alias recipiendas. Huiusmodi autem potentia & impotentia non possunt materiæ eiusdem speciei conuenire, alioqui res eadem numero, quæ materia eiusmodi constaret, corrumpi posset, & corrupti non posset, quod est aperta contradictione. Vnde sit, ut res corruptibles & incorruptibles propter differentias, quibus quatenus tales sunt, distinguntur, non possint habere idem commune genus subiectum, siue materiam eiusdem speciei. Haec ut pateant, docet Aristoteles nihil esse per accidens siue contingenter corruptibile, sed necessario & ex sua natura; eodem modo nihil esse per accidens incorruptibile, sed per se & ex sua essentia; proinde corruptibile & incorruptibile aut pertinere ad essentias rerum corruptibiliū, & incorruptibiliū, aut esse proprietates quæ naturas necessario sequuntur. Satis autem patet utramque per se & primò, hoc est, vniuersè, corruptibili & incorruptibili conuenire. Vtique enim modo sumi possunt haec nomina, & ut significant differentias essentiales rei corruptibilis & incor-

A ruptibilis in commune, & ut significant earum proprietates, quatenus illa corruptibilis est, haec incorruptibilis: hoc enim pacto rationale & irrationale sumi possunt, & ut significant differentias, quibus homo & bestia constituuntur, & ut eorum, quatenus eiusmodi sunt, necessariæ consequentes proprietates.

Contra haec tamen sic aliquis obijciat. Non minus repugnantia sunt rationale & irrationale, quam corruptibile & incorruptibile: at illa non indigent materiis diuersarum specierum, ergo neque ista. Deinde concessis materiis diuersatum speciem in re corruptibili in commune, & corruptibili ex altera parte respondentem, adhuc ex utraque parte abstrahi potest materia in genere, quæ utraque complectatur: ergo adhuc corruptibile & incorruptibile conueniunt in communi genere subiecto, quod est materia communis utriusque materiæ & corruptibilium & incorruptibilium. Postremò, genus prædicabile, quod sub se continet substantiam corruptibilem & incorruptibilem in commune sumptas, est substantia corporeæ; haec autem constat materia & forma; datur igitur non solum genus logicum, siue prædicabile commune corruptibili & incorruptibili, sed etiam genus physicum ac subiectuum.

Sed primæ obiectioni occurrente dum est, ea ex parte minus repugnantes differentias esse inter se, rationale & irrationalē, quam corruptibile & incorruptibile, quatenus formis, ex quibus illæ sumuntur, nihil repugnat esse diuersis temporibus in eadem numero materia, cum tamen illæ ex quibus haec sumuntur, nunquam possint in eadem numero materia succedere: proinde nil mirum esse, si illæ non indigeant materiis diuersarum specierum, hec vero indigeat.

Quo

*S*i ita si ex-
eudendum,
videtur &
in textu scri-
bendum, que
fit ut mate-
ria cœli gene-
re diuersa sit
à materia
corrupta. Sed
potius erit
apponere La-
tini textris
verba, eis
pac predicto-
rum sensum
magis ape-
riant.

⁴ *Quo fieret ut materia cœli.*

Secundè obiectioni sunt nec pau-
ci, nec vulgaris notæ autores, qui
sentiant materias corruptibilium &
incorruptibilium, in commune sum-
ptas, non conuenire vniuocè in alia
communi materia, sed analogicè,
proinde ab eis non posse abstrahi
communem conceptum obiectiuū
materiæ vniuocum. Quod si dicas,
ergo pari ratione & formam corru-
ptibilium in commune, quæ est se-
parabilis à materia, & formam in-
corruptibilium illi respondentem,
quæ est inseparabilis, non conuenire
inter se vniuocè sed analogicè, ac
propriè non posse ab eis abstrahi
communem cōceptum obiectiuū
formæ substantialis; & (quod hinc
sequitur) nec substantiam corporeā,
communem corruptibili & incorru-
ptibili, esse aliquid vniuocum; con-
cedunt quidem hæc omnia, dicunt-
que, substantiam corpoream com-
munem corruptibili & incorrupti-
bili, non esse verum genus physicè,
quia reuera non sit natura aliqua
verè vna sed analogicè vna; & tamē
volunt esse genus logicè propter
vnum conceptum formalem vniuo-
cum, quo eam analogicam naturam
repræsentari existimant.

Hæc tamen sententia, et si optimè
solueret propositam obiectionem, si
vera esset, tamē quia quatenus vult,
cōceptum formalem posse esse vni-
uocum, cum obiectiuū est analogi-
cus, contradictionem implicat, vt
ostendimus libro quinto, mittenda
est, aliisque ratione soluenda obie-
ctio.

Dicendum igitur, & materiam
& formam, & substantiam corpo-
ream, in commune sumptas, vni-
uocas esse, non logicè tantum sive
ratione conceptuum formalium (vt
ipso genus logicum exponunt) sed

A etiam physicè sive ratione obiecto-
rum, hoc est, naturarum, quæ forma-
libus conceptibus repræsentantur (vt
illi physicū intelligūt) semper enim
conceptus formalis si proprius, & nō
confusus nec imperfectus est, sibi in-
uicem respondet, vt eo loco dixi-
m⁹. Accedit quod nulla est ratio cur
materiæ ac formæ rei corruptibilis
& incorruptibilis in cōmune, cō-
positaque ipsa nō cōuenient vniuo-
cè in materia communi, forma com-
muni, & cōmuni cōposito, vt ex eis
quę loco citato diximus, licet intelli-
gere. Quapropter ad obiectionē di-
cendū, posse quidē à materia corru-
ptibili & incorruptibili abstrahi
materiā in cōmune, quę sit verè vni⁹
naturæ genus, utrique cōmune, quę-
admodum à formis formam, & à
compositis compositum. Sed tamen
Aristotelem, quia agebat de genere
subiecto, non de genere prædicabili,
iccirco negasse genus subiectum cō-
mune corruptibilibus & incorrupti-
bilis. Ac meritò quidē: Nam et si
communitas materia, vt prædicabi-
lis est, in eo consistit, vt de omnibus
materiis prædicetur: tamē eius com-
munitas, vt subiectum est, in eo con-
sistere debet, vt omnibus subiici, seu
ab omnibus informari possit per
quamlibet materiam inferiorem, de
qua dicatur. Vnde cūm materia sub-
stantiæ corruptibilis, per quamlibet

D particularem sub se contentam om-
nibus separabilibus subiici possit;
cælestis autem non possit per quam-
libet suam particularem subiici om-
nibus inseparabilibus, sed aliis per
alias; iccirco materia in commune,
quæ ab utraque abstrahitur, non po-
test censeri commune subiectum o-
mniū formarum, sed de sola materia
corruptibilium id dici potest, respe-
ctu omnium formarum separabilium.
Nam cælestis materia sumpta
in quolibet cælo, cuius duntaxat for-

mae subiecta esse potest. Ponimus A D. Thomas in eodem sensu dixit, si enim cœlos omnes differre inter se specie, ac proinde singulorum materias differre quoque specie inter se, neque habere potentiam ad formam alterius cœli. Id quod ex eo prouenit, quia cum formæ cœlorum sint natura sua inseparabiles, necessæ est ut eorum materiæ non habcant potentiam ad aliam formam: iam enim illæ & quas habent, essent separabiles.

Hoc tamen non obstat quominus ab eis omnibus speciebus materiæ, vnum commune genus materiæ abstractatur, quemadmodum ab omnibus speciebus formalib[us], vnum commune genus formarum cœlestium, & ab omnibus compositis ex utriusque vnum commune genus cœlorum. Nam quod Caietanus ait, id ea ratione fieri non posse, quia si daretur vnum commune genus materiæ cœlestis, necessariò illa respiceret formam cœlestem in commune, ac proinde quælibet eius particulæ esset capax omnium cœlestium formarum, vim nullam habet. Quâquam enim concedimus materiam cœlestem in commune respicere formam cœlestem in commune, & ab ea speciem accipere, quia tamen forma cœlestis natura sua est inseparabilis, ideo non sequitur, quælibet particulatem materiam cœlestem esse capacem omnium formarum cœlestium. Itaque materia in commune sumpta, commune quoddam genus prædicamentale est, & per contrarias differentias corruptibilis & incorruptibilis diuiditur; commune autem genus subiectum non est, vt per quamlibet particularem omnibus formis subiici possit; atque in hoc posteriori sensu docuit Aristoteles, corruptibile & incorruptibile diuersa esse generes, hoc in communi genere conuenire: Recteque

dare commune genus utriusque materiæ, & corruptibilis & incorruptibilis, foret ut in eo simul esset potentia & impotentia ad corruptionem, potentia propter formas incorruptibilium; quod non animaduerterunt fere eius sectatores, existimantes eum loqui de genere physico, hoc est, veræ vnius naturæ; aut credentes, ex eo quod ille cum Aristotele docuit, materiam non esse B commune subiectum omnium formarum; sequi necessariò, non esse etiam commune vnius naturæ prædicamentum; contra quos ad cap. 8. libri 5. disputauimus. Ita patet quid respondendum sit ad secundam obiectionem.

Tertia verò eadem distinctione communis materiæ diluenda est.

Ad eam verò quam sibi Aristoteles extruxit, dicendum est, nullum errorem latere in nominibus potentiarum & impotentiarum, aut corruptibilis & incorruptibilis, vt hoc loco sumuntur, cum vniuocè usurpentur; causam verò cur quibusdam contrariis aliæ res non differant specie, nec prædicabili nec subiecta, vt multi homines albedine & nigredine; aliæ differant specie, si non subiecta, certè prædicabili, vt quædam animalia differentiis reptilis & volatilis: quædam verò non solum differant specie sed etiam genere subiecto, vt quædam substantia corruptibilis ab incorruptibili; tametsi quia differunt specie prædicabili, conueniant etiam in aliquo genere prædicabili: Addi etiam posset alias esse quæ differant genere subiecto, non item prædicabili vt coeli omnes inter se. Quod autem obiciebatur de animalibus natura incorruptibilibus, seu immortalibus, non admittit Aristoteles; idque fieri non posse ad 7. librum ostensum est, sumpto animali vniuocè,

uocè , tametsi sumpto æquiuocè vt A modo aliquo dicitur de omnibus viuentibus habentibus cognitionē, etiam multi ex Patribus nomine animalium rationalium & immortalium angelos appellauerunt. Denique quod addebatur de hominibus translatis in Deos immortales, fabula Gentilitia est ; tametsi veritas est Catholica , Dei beneficio mortales homines immortalitatem per cœlestem beatitudinem consequuturos.

Ex his patet non repugnare sibi Aristotelem, cùm hoc loco ait , dari contraria quæ genere diuersa sint. Nam & haec tenus docuit omnia differre specie, vtrumque tamen est verum; differunt enim corruptibile , & incorruptibile , & si qua sunt alia huiusmodi, vtroque modo, & specie prædicabili & genere subiecto, quæ non pugnant inter se.

• Constat igitur fieri non posse.

Reprehendit ex dictis Platonem, quod ideas rerum corruptibilium faceret incorruptibiles, vt hominem communem, cùm particulares sint corruptibles. Nam cùm probatum sit, ea quæ differunt differentiis corruptibilis & incorruptibilis, esse genere diuersa ; quisnam audire possit , hominem communem & quemlibet particularem, qui eiusdem speciei esse dicuntur, aut (quod ex superiori capite verius esse ostensum est) non differunt specie non solum subiecta sed nec etiam prædicabili, esse diuersos inter se, vt materiam incorruptibilem & corruptibilem, cùm plus sit diuersum esse genere quam differre specie?

IN





IN LIBRVM VNDECIMVM

ANNOTATIONES.

Proœmium.

DISSE R VIT in superiori libro de uno, & alijs quibusdam generalibus entium affectionibus, ut completeret disputationem, quam à principio libri septimi de substantiis materialibus suscepserat. Nam cisi eiusmodi affectiones immaterialibus quoque magna ex parte conueniunt, omnes tamen in materialibus inuenta & ex illis desumpta sunt, ut initio eius libri diximus; praterquam quod veteres Physici solis materialibus (ut qui nullas res alias prater sensibiles esse credidissent) eas conuenire posse auerunt. Nunc autem aggressurus iam tractationem de immaterialibus substantiis, tanquam Prime Philosophiae propriam & præciuam, extremamq[ue] manu huic operi impositurus, non pauca hoc libro repetit, non solum ex primo, tertio, quarto, & sexto huius operis, sed etiam ex secundo, tertio, quarto, & quinto de Naturali auscultatione, qua futura disputationis usui futura sunt, rebusque explicandis non parum lucis allatura; repetitur etiam in primis quatuor capitibus libri sequentis alia quedam, tum ex hoc opere, tum etiam ex primo Physicorum, que propinquius ad rem institutam expediendam erunt utilia. Id quod libentius fecisse videtur, quod haec tenus longam in hoc opere moram traxerat in coarguendis iis Philosophis, qui pro rebus immaterialibus, & verè à rebus sensibilibus abstractis, quadam continua mathematica, ideasq[ue], & numeros inuexerant: ut opere pretium lectoribus facturus, visus sit, si quasi rediens ad rem, quoddam compendium faceret earum rerum qua in mentem revocanda viderentur, ut totum opus absoluweret. Putamus enim verum esse quod quidam recentiores aiunt, Aristotelem, absunto libro decimo, mox scripsisse eos quos nunc 13. & 14. appellamus: tum verò hoc undecimo & duodecimo addendis operi finem imposuisse, quod est ubique ab eo seruata consuetudo prius impugnandi aliena, quam propria statuendi, comprobat, & caput primum libri decimotertij planè videtur demonstrare, pluraq[ue] in libris illis que postea tractanda significantur, aliaq[ue] in hoc ipso & sequentis iam in illis disputata sumuntur.

muntur, haud obscurè confirmant, ut in progressu patebit. Ita credimus, aut ipsum Aristotelem, aut Theophrastum, Eudemamque, siue quis alius eius scripta in ordinem redegit, duos illos cum hoc undecimo & duodecimo commutatos, meritò in extremum locum translatos: vel quod hoc opus nondum, ut alia quedam, omnino limatum esset, vel quod parum necessary hoc loco, nimirumque infarcire interiora huius tractationis viderentur, & contra eorum philosophandi rationem conscripti essent, quæ iam partim obsoleta erat, partim obsolescere incipiebat, ut satis fuerit, eos quasi minus utiles post finem totius operis curiosoribus seponere; præsertim cum ad euertenda ea dogmata quæ in illis impugnantur, satis crederentur ea quæ libro 7. & alijs locis sunt disputata, & in hoc ipso sequenti, aut repetita, aut addita erant. Eò autem precipue referuntur omnia quæ in hoc continentur (quod Alexander ait) ut retineatur id quod iam demonstratum erat, hanc doctrinam à Physica & Mathematica esse diuersam, cùmque solam dignam esse quæ sapientia nuncupetur: quod Aristoteles partim in ipsa operis prefatione, partim 4. & sexto libro præstiterat.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΣ ΤΩΝ ^B A R I S T O T E L I S
μετὰ τὰ φυσικά τ. κ.
METAPHYSICORVM
LIBER XI.

Κεφάλαιον α'.

C A P V T . I.

Tι μὲν ἡ σοφία τῷ δέχασθαι
οὐδὲ πτησίμη τίς ἔστι, δῆλον ὅπερ
τῶν τριών τοις διηγό-
ρηται τοῖς ταῦτα τὸν εἰρημένον
τῷ τῶν δέχαντον. Διπορίσθε δὲ ἀντίτις,
τούτοις τοις σοφίαν πτησίμην, ηγετούσαν.
εἰ μὲν μίαν, μία ἔστιν αἱ τῶν ἐναν-
τίων αἱ δέχασθαι τὴν ἐναντίαν. εἰ δὲ
μὴ μία, τοις διεργεῖναι ταύτας; εἴ τοι
τὰς διπορίσθαις δέχασθαι τοις διεργοῖς,
μιᾶς η ταλειόνων; εἰ μὴ μιᾶς, παῦ-
λον ταύτης, η ὁ τοιασσοῦ; εἰ δὲ ταλεί-
όνων, τοις διεργεῖταις διείναι; εἴ τοι
τούτοις τασσῶν τῶν οὐσιῶν, η σύει μέρος
μὴ τασσῶν, τοιών χαλεπὸν διπο-
ρισθεῖσαν. εἰ δὲ τασσῶν μία, ἀδύλων
τοιών, idest, τῶν συνέχεται ταλειόνων τῶν αὐτῶν
qualium.

Apientiam quidē esse scien-
tiam quandam, que circa
principia versetur, ex primis
perspicuum est, in quibus de-
iis que ab aliis de principiis dicta sunt,
est dubitatum. Quarat autem aliquis,
num sapientiam esse unam sci-
entiam existimare oporteat, un plures. Nam
si unam, una semper est coniuriorum:
principia vero non sunt coniuria. Si
non unam, qualēnam ha ponenda sunt
Preterea uniusne, an plurimum sit, demon-
strativa principia contemplari. Si enim
unius, cur huius porīus quam eius suis?
Si plurimum, quenam ha constituenda?
Ad hec, virūm omnium sublatiarum,
an non omnium? nam si non omnium,
difficile utique est, quarum sit iradere.
Quod si omnium una est, h. iud. constat,
quo pacto fieri possit, ut eadem scientia
K. fū

ὕποτιμος ἔναι. ἐπι τόπερ εν ταῖς ταῖς Αἱ πλούτιοι, in substantiisne tantum, an etiam in accidentibus versetur. Nam si accidentium demonstratio est, substantiarum non est. Quod si alia et alia, quenam virtus est, et virtus sapientia? demonstrativa enim sapientia est, que in accidentibus versatur; at ea qua substantiarum est, de iis que prima sunt, differit. Sed neque in causis, que in Physicis dicta sunt, ponenda est consideratio eius scientie quam querimus: neque enim in ea quae cuius gratia nominatur. Articulum, (que,) non dem in rebus agendis et in iis qua in partitur phrasem. Graca nec motu sunt, inest: atque hoc primum Latina: immo; rale enim quipiam est finis. deb auferre. Id vero quod primum mouet, in immobili non est, omnino autem dubitandum ideo dicendumque; in ea cuius gratia nomina substantias, ea quam nunc inquirimus ut. scientia consideret, an non, sed quafdam alias. Nam si alias, aut idee profecto fuerint, aut mathematica. Ideas enim nullas esse perspicuum est. Sed tamen dubium est, si quis eas esponat, cur non etiam quemadmodum in mathematicis ita et res habeat in aliis quorum sunt idee. Dico autem, eos mathematica inter species et sensibilia collocare, ut terias res quafdam; praeter species autem et ea que apud nos sunt, tertius homo non est, neque equus, praeter ipsum ac singulos. Quod si non sunt, ut dicunt, de quibusnam ponendum est, Mathematicum agere: neque enim de iis, que hic sunt, cum nihil tale sit, quale mathematica scientia queruntur. Nec vero scientia ea que nunc queritur, circa Mathematica versatur: nihil enim eorum separabile est. Sed nec substantiarum est sensibilium: sunt enim corruptioni obnoxiae. Ac omnino ambigere aliquis potest, cuiusnam scientia sit de materia rerum mathe-

λως δι' ἀπόρηστε ήσ αὐτός, τοιας εἰνὶ Πειθώμης τὸ διατορῆσαν ταῖς τῶν μαθη-

μαθηματικῶν ὑλῆς ἔτε γὰρ τὸ Φυσικόν τὸ τοῦτο τοῖς εἰδοῖς δέχεται καὶ σάστερα τῶν τοῦ Φυσικοῦ παῖδας εἶναι περιγματίαν· οὐτέ μὲν τῆς σκοπύσης τοῦτο δύο δέξεως τε καὶ ὑπεισήμενος. τοῖς γὰρ αὐτὸς τοῦτο τὸ γένος θεοῦ τὸν ζῆτησιν ποιεῖται. λέπιτεται τοῖνυν τῶν περιγμάτων φιλοσοφίαν τοῖς ἀντῶν τῶν σκέψιν ποιεῖσθαι. Διαπορίσθε δέ ἂν τοις εἰδέσθαι τοῖναι τῶν ζητημάτων οὐτούτων τοῖς μάλλον δέ τοῖς σωθέτοις ιδέασι. μᾶλλον δέ ἂν δόξειε τῶν καθόλων δῆμον εἶναι τῶν ζητημάτων οὐτούτων τοῖς λόγοις, καὶ πάσα οὐτούτη μάθησι τὸν καθόλα, καὶ τὸν ἐργάτων. ὡς' εἴη δὲ τὸ τῶν πρώτων γένον. Ταῦτα γέγονοιστοι δέντροι, τε ὃν καὶ τὸ ἔν. Ταῦτα γὰρ μάλιστ' ἀντολυφθεῖν ποιεῖχεν τὰ ὄντα τῶν Σα, καὶ μάλιστα δέχαις εἰσικέναται, Διὰ γὰρ εἶναι πρώτα τὴν Φύσην. Φαρέρετων γὰρ αὐτῶν, σωματιρεῖται καὶ τὰ λοιπά. τῶν γὰρ ὃν καὶ ἔν. Ηὗτα γάρ τὰ διαφορεῖς αὐτῶν ἀνάγκη μετέχειν, εἰ δῆμος τοις αὐταῖς γένης. Διαφορὰ δέ γένερια τοῦ γένους μετέχει. Ταῦτη δέ τοις αὖ δόξει δεῖν αὐτὰ ιδέαν γένην, γένος δέχασθαι. επιδέ τοις εἰδέσθαι τὸ αντολούσερον τοῦ ηπίου τοιότου τὰ γέγονα τῶν σκοτεινούς αποδεύσεται τῶν γένων. (ἄλλα γάρ τὰ γένη δέ τοις εἰδόθη τολέων καὶ Διαφέροντα Διαφέρεται) μᾶλλον αὖ δέχασθαι δόξειν εἶναι τὰ εἰδή τοῦ γένους. Ηὗτα γέγονα τοῖς γένεσι τὰ εἰδή, τὰ γένη τῶν δέχαις εἰσικέ μᾶλλον. δέχασθαι τὸ σωματιροῦ. τὰ μὲν τῶν τοῦτον εἰδότα, Ταῦτα καὶ τοιαῦτα εἴτε τέρεσ.

εῖσι, οὐδὲν ἔστι; ὥστε γένεται πέχοι Φα
γεῖν, οὐδὲν φαγεῖν. νυῦ δὲ ὡς ἀλη
θεύοντος ἀτέλη, καὶ ὄντος τὸς
περιτάποντος τούτου, περι
φέρονται τέτοιοι καὶ τοῖς μὴ
Διαμόρφουσι ταχίως μηδεμιᾶς. Φύ^B
σεως δὲ τοῖς αἰδητοῖς, ἀλλ' αἰδητα
σῶν κινουμένων καὶ ρέοντων. Ἐπὶ δὲ εἰ
μὲν αἰδητούμενοι αἰτητοί, καὶ μηδέποτε
Διαμόρφουμενοι οἱ αὐτοὶ, πί θευμαστού εἰ
μηδὲ ποθήμενοι αἰτητοί Φαγετοί, κα
τὰς τοῖς κάμνουσι, οὐδὲ τοῖς Διά
το μὴ ὁμοίως Διακεκτισθέντες, καὶ
τὸ οὐρανόν, οὐχ ὁμοίως Φαγετοί οὐ
κατὰ τὰς αἰδητάς αἰδητά μὲν γένεται
μηδὲν Διά τε τὸ μεταβολῆς κοινω
νῶντα αἰδητά αἰδητά μηδὲν εἴτε χρ
τοιοῦντα τοῖς κάμνουσι. καὶ μὴ τὰ
αὐτά τὸν αὐτὸν δῆ τρόπον ἔχειν καὶ
τῆς γινουμένης μεταβολῆς εἰρημένης,
ἴσως αἰδητοῖς εἶναι εἰ γὰρ μηδετέλε
λογοῦμεν, αἰδητοῖς τοῖς Διατελοῦμενοῖς
εἰτε, εἰ τὶ διὰ μέρουν. Επειδὴ μὲν οὐδὲ
σκοτειώτερος τὸ διαλέγεται, καὶ οὐδεις
τοιούτος τοιούτων ποτέ οὐδὲν ποτέ,
καὶ τοιούτων μηκέτε λόγον αἰπατού
των. γάρ τω γὰρ πᾶς λόγος, καὶ πᾶσα
διπόδειξις γίγνεται. μηδέν γάρ πεπέπλες,
οὐδὲ περιφερεῖ τὸ διαλέγεται, καὶ οὐδεις
τοιούτος τοιούτων ποτέ οὐδὲν ποτέ,
καὶ τοιούτων μηκέτε λόγον ποτέ.
D Εἰπεῖν δὲ τὸν εἰρημένον. ὥστε
φανερὸν σκοτειώτερος τὸ τοιούτων, οὐτούτοις
τὰ πατεῖτα τῶν διποτέρων σκοτειώτεροι
ταῖς αἰπατούμενας φάσκεις τοῖς ταῦταις καθ' ἐναρχόνταις αἰληθεύειν, γένεται

Ad hoc, f Cur si Medicus praci
piat, ut hunc cibum porriganit, illum offe
runt? Cur enim hoc, panis est potius
quām non est? Itaque nihil interest co
medinē quis, an non comedat. Nunc
autem quasi is verē de eo dicat, & quia
hic cibus est, quem ille iussit, eum por
rigunt. Atque opes non erat, si nulla
natura in rebus sensibilibus fixa perma
net, sed omnia mutantur ac fluunt.

g Præterea si semper quidem altera
mur, neque unquam idem permanemus,
quid mirum, si nunquam nobis eadem
quemadmodum & agrotis videantur?
Et his enim, quia non eodem habitu affe
cti sunt, quo cum sani erant, non eodem
similia eis videntur ea qua sensibus per
cipiunt, cum in eis non sic circa sensi
bilia ipsi ullam mutationem subeant,
sed tantum immutationes sensuum non
enidem sed alias agrotis imprimant.
Itaque modo eodem cum ea quam dixi
mus, mutatione fit, fortasse necesse est en
nire. Quod si non mutamur, sed
idem permaneamus, erit aliquid profecto
permanens.

h Ac ijs quidem qui hasce dubita
tiones ratione aliqua retinent, non fa
cile est occurtere, nisi aliquid ponant,
eiisque rationem non postulent: hoc enim
modo omnis ratio omnisque demonstra
tio efficitur. Nam si nihil ponant, o
mnem viique distinctionem, & omni
rationem funditus tollunt. Quo sit,
ut cum talibus nulla ratio iniri possit.
At ijs qui ex traditionis dubitandi ratio
nibus ambigunt, facile est obuiam ire,
cāque dissoluere qua illis dubitationem
ingerunt; quod ex ijs qua dicta sunt, per
spicuum est.

Constat igitur ex ijs fieri non posse, ut
opposita enunciationes de eadem re u
no tempore vere sint, neque item
ea quā

τὰ ἔναντια, ἀλλὰ τὸ λέγεσθαι κατὰ Α εἰς οὐκαντία. Μήδιλον ἐγένετο, ἐπ' αρχὴν δὲ τὸν λόγον αὐτοῦ πάντα τὸν ἔναντιον.¹ ὅμοιος δὲ τῷ σύνθετῳ τῶν αὐτῶν μέσου γένεντος οὗτον τε κατηγορεῖται καὶ εἴπεις καὶ τὸν αὐτὸν. Λευκός γάρ ὁντός τοις τοῖς συγκεκριμένοις, λέγεται αὐτὸν εἶναι τὸν λευκὸν γένεται μέλαν, Φευσόμεθα. Οὐκέτινες γένειαι λευκὸν αὐτὸν, καὶ μὴ εἶναι. Θάτερον γάρ τοις συμπεπτελευμάτων αἰλυθεύεται κατ' αὐτὸν. τέτοιος δὲ εἶναι αὐτῆς φασί τὸν λευκόν. οὔτε δὲ κατ' Ηράκλειτον συδέχεται λέγοντα αὐτὸν. Θεύειν, οὔτε κατ' Ἀναξαγόραν. εἰ δὲ μὴ, συμβέσειαι ταῖς αὐτίαις τὸν αὐτὸν κατηγορεῖν. οὕτως τοις παντὶς φησι γλυκὺν ή πικρὸν, η τῶν λοιπῶν ὄποιανοι τὸν αὐτὸν εἶναι τὸν αἴπαντον τὸν αρχεῖ μὴ διωάμει μόνον, αλλὰ τὸν εἰργέναι, καὶ διπλακενεργόν. ὅμοιος δὲ γένετος τὰς φάσις διωάλον εἶναι· δι' αλλά τε τοιλά τῶν λεχθέντων αὐτὸν χερῶν Διογένης τὸν τέσσερας καὶ λόπον τὸν διωάλων μὲν γένεται ταῖς αὐτοῖς αὐτὸν τοῖς φάσιν αἴπαντα.

B Neque igitur is qui Heracliti, neque is qui Anaxagora sententiam approbat, vere loqui potest: alioqui accidet, ut contraria de eodem dicantur. Nam cum in quois cuiusvis partem esse dicat, non magis id dulce esse, quam amarum, caterinamque quarumcumque contrarietatum, esse affirmabit, si quidvis in quoniam non potentia tanum, sed et actu distinetumque inest.

Similiter nec fieri potest ut omnes enunciationes vera sint, neque etiam falsa; tam ob alias complures difficultates, quas haec sententiam sequi diximus, tum quia si omnes sint falsae, ne is qui falsas esse dixerit, verum dicet: si autem vera, cerie qui dixerit falsas esse omnes, non falsum dicet.

EXPLANATIO CAPITIS QVINTI.

DOCE T HOC capite, unde ortum habuerit error ille extremus & omnium in Philosophia maximus (siquis tamē illum sibi vñquam persuasit) contradicentes esse simul veras, ex quo etiam sequitur esse simul falsas. Refertque illum ex quorumdam sententia ad illam Anaxagoræ sententiam, omnia simul in omnibus esse existimantis, ut nimis ex omnibus omnia fieri possint, cum ex nihilo naturaliter nihil fiat; ex aliorum vero opinione ad illam alteram absurdissimam opinionem Protagoræ, aliorumque eo antiquiorum, qui res tales esse censebant, quales nobis videntur, quod nostrum iudicium mensuram eorum esse credent. Ait ergo cognita quasi radice proficii erroris, facile solui posse rationes quibus innititur.

** Quod enim nihil.*

Exponit fundamentum Anaxagoræ, quod etsi erat verissimum & omnibus Philosophis commune (Ex nihilo, inquam, nihil fieri naturaliter) tamen male adaptabatur ad concludendum omnia esse in omnibus, quod falsum est, neque ex illo pronunciato sequebatur. Reicit autem Aristoteles solutionē eius peruersae ratiocinationis ad primum Physicorum: sed quoniam ea quæ ad rem hanc pertinent, capite quinto libri quarti huius operis, & ab auctore luculentius proposita, & à nobis fusiū explicata sunt, eam tantum rationem exponemus, qua hīc tangitur huius erroris defensores cogi solitos ut dicerent idem esse album & non album, si nulla res ex nō ente sit, idēmque dicendū esse de cæteris cōtradictoriè oppositis. Ratio vero hæc erat, Non album sit ex eo quod est perfectè album, & nullo modo apparet non album, ut experientia oculata constat: si ergo non album, ut dicitis, sit ex non albo (ponitis enim omnia quæ sūt iam præfuisse in eo ex quo sūnt) & non album ex quo sit non est idem quod album; sit vtique ex non ente, hoc est, ex nihilo (nam si non albū quod latet, non est idem quod album patens, nihil omnino erit) at ex nihilo nihil sit; est igitur idem album quod oculis patet, & non album quod latet, antequam ex albo fiat non albū. Quæ ratio nihil conficit nisi ex eo quod ipsi ponunt non album fieri ex non albo, quod falsum & ineptum est.

^b At aquæ assentiri.

Exponit fundamentum causamque erroris seu potius stultitiae eorum qui credebant, res tales esse quales videretur; illudq; ex eo cuci-

A tit, quia sensus quorundā non iudicat oppositum eius quod ab aliis iudicatur, nisi in alteris sint lœsi, ut experientia constat. Quæ omnia ex eodem cap. 5. libri quarti apertiū intelliges.

** Omnino autem.*

Adgit aliud fundamentum quo autores huius erroris suam sententiam confirmabant, estque illud, quo Heraclitus censebat omnes omnino res continenter quasi fluere, & nunquam omnino in eodem statu consistere: quod fundatum quinque argumentis euerit. Putabant enim quidam ex eo sequi contradicentes esse simul veras, aut etiam (quod sequebatur) simul falsas, quia si nulla res fixam habet naturam, nihil restat ut quæque sit nisi qualis huic aut illi videatur. Cæterū neque ex hoc fundamento, etsi verum esset, & non potius falsum & erroneum, ea conclusio sequitur. Nam etsi omnia essent fluxæ omnino naturæ, ut motus; tamen hoc ipsum esset fixum ac certum, eas esse omnino fluentis naturæ, contradictoriūmque huius enunciacionis esset falsum. Prima igitur ratio contra Heracliti sententiam est, non esse de rerum veritate iudicandum. ex iis quæ fluxa sunt & inconstanza, qualia esse omnia putabat Heraclitus, sed ex certis & constantibus, cuiusmodi re vera sunt corpora cælestia; Adde etiam in eodem quoque genere esse ipsas rerum inconstantium naturas, quæcumque illæ sint, cum constanter suam inconstiam retineant.

** Deinde si motu.*

Secunda ratio est, quia res cum mouentur, sine vila contradictione dici possunt & esse & non esse in termino à quo, & similiter in termi-

termino ad quē; Partim enim sunt, A partim non sunt: id quod etiam Heraclitus si consuleretur, non negaret; at hoc pacto nulla est in re proposita contradic̄tio. Adde, vel ipsum mobile esse aliquid certum, cūm idē dicatur transire ex uno termino in aliū; alioqui nihil moueretur: quod maximē euerteret Heracliti sententiam.

** Quod si hac.*

Tertia ratio est, et si huiusmodi autores ex eo maximē videntur dicere omnia esse in continuo fluxu, quia putant ea semper augeri modo aliquo, aut minui, mutarique continenter secundūm quantitatem, et si id verum non est, etiam in viuentibus (quod ipse docuerat in physi.) non est tamen cur dicantur continentur mutari secundūm qualitatem: multæ enim res apud nos tales sunt sāpe uno tempore, quales in alio; at essentiæ rerum ad qualitatem spectant, quia cūm vniuersaliter dicantur de multis, tales sunt in his particularibus, quales sunt in aliis; quo sit ut sint certæ & determinatae naturæ, cūm interim quantitas qua multiplicantur individua, sub specie indeterminatae conditionis sit, quemadmodum & ipsa materia quam sequitur, individua rerum quæ oriūtur & intereunt quæ in infinitum ratione altiusque multiplicari possunt.

** Ad hec cur.*

Qarta ratio est, quia, si nulla esset certa veritas, nihil certi præciperen̄t Mēdici, sed non magis hoc quā illud; nec vero eorum ministri hunc cibum aut medica-

mentum magis quā illud ex eorum præscripto egrotis porrigerent.

** Præterea si semper.*

QVinta ratio. Et si nos homines continenter ita alteremur, vt iudicium nostrum nunquā fixum sit; quid prohibet dicere, res alias esse firmæ naturæ, & tamen nobis alias atque alias videri, vt idem cibus nunc sano dulcis, postea ægrotus amarus videtur? *Quod si iudicium nostrum firmum est, & constantis naturæ, aliquid ergo constantis & permanentis conditionis est, neque omnia fluxa sunt & inconstantia.*

** Ac iis quidem.*

Colligit ex dictis quādam sectaria, quæ cūm per se facilia sunt, tum vero lib. 4. cap. 5. & aliis sequentibus copiosè explicantur; quæ nos ad finem huius capititis, aliisque multa expendemus, in ea quæstione quam ex fine eiusdem libri in hunc locum reiecimus.

** Ne mediorum quidem.*

CVM contraria non possint de eodem simul dici (alioqui, vt ait, contradictoria etiam dicerentur) ne media quidem (subaudi simul cum extremis aut etiam cum aliis mediis) de eodem simul dici poterunt. Contraria enim contradicentium conditionem participat, respondeū communis subiecti, quia priuatam oppositionem includunt; media vero contrariis constant, semperque unum subit vicem vnius contrarij, & alterum alterius, quæ omnia ex libro superiori perspicua sunt.

Κεφαλαιον 5¹.

ΠΑΓΑΔΙ² Οὐπισήμη ζητεῖνινάς δέ-
χας καὶ αἴτιας τὰς ἑκαστον τῶν
άρι³ αὐτῶν οὐπιστῶν, οἷς ιδεῖσθαι
καὶ γομφασικὴ, καὶ τῶν λοιπῶν εκδί-
ση τῶν ποιητικῶν, η⁴ μαθηματικῶν.
εἰδέσθαι γὰρ τέτων περιγραψαμένη τὸ
γένος θεού αὐτῆς, ταῖς τέτοντα περιγρα-
τεύεται, ὡς θεόρχειν. Καὶ δὲ, χρήσιμον;
οὐ; ἀλλὰ ἔτερα περὶ αὐτῆς περὶ ταῦτας
τὰς οὐπισήμας ἐστὶν οὐπισήμη. τῶν δὲ
λεχθεισῶν οὐπισημῶν, ἑκάστη λαβεῖ-
σα τῶν τοτὲ ἐστὶν οὐκέτι περιγραφή,
εἰπεῖται δεικνύσσει τὰ λοιπά μαλα-
κώτερον η⁵ ἀκριβεστέρον. λαμπάνουσι
τὸ πάντα ἐστιν, αἱ μὲν ἀλλὰ τῆς αἰδήσθεως
αἱ δὲ οὐποτέμφυαι. διὸ καὶ σῆλον ἐπει-
το τιαύτης ἐπαγχωγῆς, οἵτις τούτοις
καὶ τῷ οὐκέτι εστιν, διότι διόδοδειξις. ἐπει-
δι⁶ ἐστὶ τὸ η⁷ τοῖς Φύσεως οὐπισήμη,
σῆλον ὅπει καὶ περιγραφής ἐτέρα καὶ
ποιητικῆς ἐστε. ποιητικῆς μὲν γὰρ οὐ
τοῖς ποιοῦσι, καὶ γὰρ τοῖς ποιειμένοις τῆς
κινήσεως η⁸ δέχηται, γὰρ τέτοντα εἶτε τέ-
χνη τις, εἴτε ἄλλη τις διώματος. ὁμοίως
γάρ καὶ οὐπισημῶν περιγραφή, γάρ οὐ τοῖς περι-
γραφέσι, μᾶλλον δὲ οὐ τοῖς περιγράπουσιν η⁹
κινήσεις η¹⁰ ταῦτα Φύσικές τοῖς τὰ ἔχον-
τα οὐ τοῖς κινήσεως δέχεται εστιν. ο-
πι μὲν τοῖν τοῖς οὐτε περιγραφήν εἴτε
ποιητικήν, ἀλλὰ θεωρητικήν, ἀναγ-
κεῖται εἴναι τὰ Φύσικα οὐπισήματα, D
σῆλον καὶ τούτων. εἰς δὲ γάρ τι τέτων
τῶν γένων αἰάγκη πίπτει αὐτῶν. ε-
πειδὲ τὸ οὐκέτι εστιν ἀναγκαῖον εἰδέσθαι
τοῖς τῶν οὐπισημῶν εἰδέναι, καὶ τούτων
γένεται δέχηται, δεῖ μηδὲν εἰπεῖν τῶν
οὐπισημῶν τὰ Φύσικά, καὶ τοῖς οὐσίας λόγοις. ληπτέον, πότερον ὡς
ζεῖται

C A P V T VI.

OMnis porro scientia principia
quedam eis causas querit cuius-
que eorum qua sub eam cadunt; ut Me-
dicina, & Gymnastice, & unaqueque
cateriarum, siue ad agendum quid, siue
ad docendum sit instituta. Nam earum
quaque cum sibi genus aliquod circum-
scripsi, in eo tractando, ut quod existat
B aique ens sit, non tamen quatenus ens
sit, versatur. Sed alia quedam scientia
hac est prater huiusmodi scientias. Una-
quaque vero eorum scientiarum, quas di-
ximus, vidi modo aliquo sumpsit ipsum
quid est in uno quoque genere, cetera
vel debilius vel accuratius demonstra-
re conatur. Sumunt autem ipsum quid
est, aliae per sensum, aliae supponentes. Ex-
qua etiam inductione perspicuum est, sub-
stantia & ipsius quid est, demonstratio-
nem non esse.

CQuoniam vero quadam est scientia
de natura; constat eam neque effectiuam
neque actinam fore. Effectiva enim in
eo quod efficit, non in eo quod efficitur,
motus principium est, estque id siue ars
siue aliqua quedam poterit. Eodem modo
& actina, non in re agenda, sed potius in-
agentibus motu inest: Naturalis autem
Philosophi scientia in his versatur, que in-
seipsis principia motus habent. Quod
igitur necessario Naturali scientia, ne-
que actina neque effectiva siue contem-
plativa, ex his est perspicuum; in unum
enim aliquod genus horum eam cadere
necessere est.

Cum autem unicuique scientia sit ne-
cessaria, ipsum quid est, modo aliquo scire,
eoque ut principio uti; non lateat oportet,
quo pacto Naturali Philosopho de finien-
dū sit, & quo substantiae ratio sumenda; ut
finum

τὸ σμὸν ἡ μᾶλλον ὡς τὸ κοῖλον. τύτων Α simūmne , an potius concavum. Horum enim , simi quidem ratio cum materia rei dicitur ; concavi autem sine materia , simitas enim , in nāo existit. Quo si , ut & eius ratio cum hac consideretur : simum enim nāsus est concavus. Non dubium igitur , quin & carnis , & oculi , & reliquarum partium ratio semper cum materia sit reddenda.

Iam verò cū quādam sit scientia , qua in ente , quatenus ens ac separabile est , versatur : considerandum est , num ea tandem eadem cum Naturali scientia ponenda sit : an potius diuersa. Naturalis enim scientia de iis agit , que in seipsis motu principium habent ; Mathematica vero contemplativa quidem est , & in iis qua permanent , versatur , non tamen que separari possint. In eo igitur , quod est ens separabile ac immobile , alia quādam ab utraque harum scientiarum diuersa agit ; si qua tamen huiusmodi substantia est , separabilis , inquam , & immobilis , id quod ostendere contabitur. Quod si talis quādam naturalis in rebus sit , in hac profectō erit diuersitas , eaque erit primum ac principale principium. Parte igitur , tria esse contemplatiū scientiarum genera , Physicam , Mathematicam , Theologiam.

Ac prestantissimum quidem est contemplatiū scientiarum genus ; & hārum ipsarum , ea qua extremo loco nominata est ; in eo enim quod nobilissimum est , versatur. Præstans enim & deerior una queque ex proprio subiecto , in quo versatur , dicitur.

Dubitabile autem quis , num scientia qua de ente , ut ens est , agit , universalis ponenda sit , necne. Mathematicarum enim unaqueque in ente aliquo definito versatur ; que autem universalis est , communiter de omnibus differit. Si substantia igitur Physica seu naturales , prima sunt inter entia , prima quoque erit Physica inter scientias.

τὸν ὁ μὲν τὸν σμὸν λόγῳ μείᾳ τῆς ὑλης λέγειαι τὸν περὶ γυμναστῶν ὁ λόγῳ αὐτῆς μείᾳ τούτης θεωρεῖται. τὸ σμὸν γάρ εἶται τὸ κοῖλον . Φανερὸν οὖν ὅπει καὶ σαρκὸς καὶ ὁ φαλλος , καὶ τῶν λοιπῶν μορίων μεταξὺ τῆς ὑλης ἀπὸ τὸν λόγου διποδοτέσθαι. εἴτε δὲ εἶται τὸς θεοτημένης τῆς ὄντος , ἢ ὃν καὶ χωρεῖσθαι σκεπτέον πότερον πολει τῇ Φυσικῇ τῶν αὐτῶν θείων εἴησατούτων , η μᾶλλον ἐτέρον . η μὲν οὖν Φυσικὴ πολει τῷ κινήσεως ἔχοντι δέχεται τὸν αὐτοῦ εἶται η μαθηματικὴ , θεωρητικὴ μὲν , καὶ πολει τὸ χωρεῖσθαι πότερον , αλλὰ οὐ χωρεῖσθαι . πολει τὸ χωρεῖσθαι πότερον , αλλὰ οὐ κακίητον ἐτέρον τῶν πότερον , αλλὰ οὐ κακίητον , εἴτε τὸν αὐτὸν εἴτε τὸν αὐτὸν καὶ τὸ θεῖον . καὶ αὐτὴν εἴτε πότερον καὶ κυριωτάτη δέχεται . Μῆλον τίνων ὅπει τεία θύμη τὸ θεωρητικῶν θεοτημένων εἶται , Φυσικὴ , μαθηματικὴ , θεολογικὴ . Βέλτιστον μὲν οὖν τὸ τῶν θεωρητικῶν θεοτημένων γένος τύτων δὲ αὐτῶν η τελεσθαι λεχθεῖσα . πολει τὸ πιοιώτερον γάρ εἶται τῶν οὗτων , Βελτίων η καὶ χέρων ἐκάστη λέγειαι κατὰ τὸ οἰκεῖον θεοτημένον . Διπορῆσθαι δὲ αὐτὸν , πότερον πολει τῶν ὄντων θεοτημένων καθόλου θείων εἴτε η μὲν μαθηματικῶν ἐκάστη πολει εἴτε π. γένος αὐτῶν πότερον πολει τῶν ὄντων θεοτημένων καθόλου θείων εἴτε η μὲν καθόλως , καὶ τὸ πολει τῶν ὄντων . εἴτε μὲν οὐδὲ Φυσικὴ κατίσται , ποτέ δὲ τὸ οὗτον εἶται , καὶ η Φυσικὴ πότερον τὸ θεοτημένων εἴται .

εἰ δὲ εἴσιν ἔτεροι Φύσις καὶ εὐσία χω- A Quod si alia natura & substantia separabilis est, & immobilitas alia quoque eius scientia si necesse est, & Physica prior, & universè prior.

EXPLANATIO CAPITIS SEXTI.

VM haec tenus de huius scientiæ natura & conditione multa docuissest Aristoteles, seu potius ex libr. 1.3. & 4. prætermisso 2. repertisset; visum ei est illam hoc loco cum cæteris scientiis conferre; qua de causa paucis repetit quæ de hac re libr. sexto differuit. Quæ enim libro 5. dicta erant, quemadmodum & in 2. & pressius tradita fuerant, & facile in memoriam reduci possent vbi esset necesse; & minus ad hunc quasi apparatus libri sequentis videbantur pertinere. Docet igitur hoc capite primùm quid commune sit particularibus scientiarum generibus inter ipsa, quid proprium cuique & peculiare. Deinde tradit discrimen huius ab illis, & ratione perfectæ separationis earum rerum quas tractat, à sensibilibus, de quibus cæteræ agunt, & ratione nobilitatis proprij subjecti in quo versatur. Postremò querit, num sit vniuersalis, hoc est, de omnibus iis agat, quæ omnibus scientiis necessariò sunt communia, vt pote in quibus omnes conueniunt, & tanquam in cōmunib[us] principiis ex quibus demonstrant. Respondetque affirmatiū, si dantur quidem res omnino immateriales & immobiles, ut cōnabitur ostendere libro sequenti; alioqui non dubium esse quin Physica sit vniuersalis scientia: omnia enim erunt sensibilia, et si quædam pure Mathematica sine sensibilibus qualitatibus considerentur. Quæ omnia cū capite eodem libri sexti explicata sint, & hoc loco haud obscurè reperantur, non est cur iterum à nobis exponi debeant.

Κεφάλαιον ζ.

D

C A P. VII.

Eπεὶ τὸ αἰτῶς ὃν καὶ τὰ τεῖχα λέγεται τρόπους, ὃν εἰς καὶ τὰ συμβεβηκότα εἴναι λεγούμενον, σκεπτέον τρεῖς τοῦτον τὸν τρόπον ὃντος. ὅπην οὐδὲν δύνεια τῶν τριῶν συστοιχομέτρων ὀπίσημων τρεχυματωνται τῷ τὸ συμβεβηκότε, σῆμαν. οὔτε γὰρ οἰκοδομικὴ σκοπεῖ τὸ συμβεβηκόμενον τριῶν τοῖς τοῖς οἰκίᾳ χρησομένοις, οἷον εἰς λυπηρώς, ή τριώντος οἰκήσισιν, οὐδὲν οὐ φαντασθεῖται σκηνοτομικὴ, οὐτε οὐ φονοιητική.

τὸ

Cum autem id quod simpliciter est ens, multis dicatur modis, quoniam unum est is qui per accidens esse dicatur; primum de eo quod hoc patet est ens, agendum est. Ac nullam quidem earum scientiarum quae tradisia sunt, de accidentie agere perspicuum est. Neque enim adificandi ars id considerat quod iis qui domo vientur, envenitum est, veluti nūt cū molesta habitabunt, an contraria; neque item rexiorum nec futurum, neque eorum quiclibet consiciunt; sed

τὸν καθ' αὐτὸν ἰδίον ἐκάστη τόν των σκοπῶν τῶν Ὀλιγημῶν μόνων· τὸ δὲ ἔστι τὸ οἰκεῖον τέλος· χρήστη ματικὸν καὶ χειρικόν· χρήστη τὸν ὅντα μουσικὸν, ὃς θύρωρος οὐ χειρικός, ἀλλὰ εἶαι τὸν ἀμφότερα, περιτερον ἐκ αὐτοῦ. ὁ δὲ μὴ αἱ ὄντες εἰναι, ἐχείγεται τὸ τέλος· ἀλλὰ ἀμαυρούμενον εἴη τὸν χειρικόν· τὸ δὲ οὐδεμία ζητεῖ τῶν ὄμολογουμάριών οὐσῶν Ὀλιγημῶν, ταλεῖς οὐ σοφιστική· ταῦτα τὸ συμβεβηκός γράψατη μόνη πρεγματεύεται· διὸ Πλάτων οὐ κακῶς εἶρηκε, Φίσας τὸν σοφιστῶν τοῖς τοῖς μηδὲν θεάτροις· ὅπερ δὲ τὸν εὐθέατον ιδεῖν, πίστος εἰναι τὸ συμβεβηκός· ταῦτα Φαρμάκια εἶναι, τὸ μὲν αἱ καὶ εἰς αὐτούς (ἀνάγκης δὲ τὸ τέλος κατὰ βίουν λεγομένης, ἀλλὰ οὐ χρήσιμης ἐν τοῖς κατὰ τὰς διποδεῖξεις) τὸ δὲ ὡς Ὀλιγηπολὺ, τὸ δὲ οὐδὲ ὡς Ὀλιγηπολὺ, οὐτ' αἱ καὶ εἰς αὐτούς, ἀλλὰ οὐτας εἴτε χειροῖς οἷον Ὁλίκηις καὶ θύρωρος, ἀλλὰ τὸ τέλος τὸ τέλος τούτου, μῆλον. Ὀλιγημόν μὲν γράψαται τὸ αἱ ὄντα οὐτοῦ, οὐτὸς Ὀλιγηπολύ, τὸ δὲ συμβεβηκός ἐν τῷ οὐδετέρῳ τούτῳ εἰναι· ὅπις τὸν κατὰ συμβεβηκός οὖν, χρήσιμον αὐτίαν καὶ δέχεται τοιαῦτα, οἰσταῖς τὸν καθ' αὐτὸν οὗτος, μῆλον. εἶαι γράψαται εἰς αὐτούς εἰς αὐτούς· εἰ γράψει τὸδέ μεν εἰναι τὸδέ οὗτον· τὸδέ δὲ τὸδέ, τὸτοῦ μηδὲν οὐτας εἴτε χειροῖς, εἰς αὐτούς, εἰς αὐτούς εἶαι καὶ οὐ τὸτοῦ λόγου, εἴως τοῦ λεγομένου

N 2

Proffera

L I B . X I . C A P . V I I . C O M M E N T A R I I . 101
δύτυχία ἢ καὶ δυστυχία , τοῖς μέ- A Prospéra autem fortuna & infortunium
γενθρά τύτων. εἰστιν ἢ οὐδὲν καλά in magnitudine horum sua sunt. Quo-
συμβεβηκός τετέρου τῶν κατ' αὐ- cniām verò nihil eorum qua sunt per ac-
τὸ , οὐδὲν δῆλον αἴτια. εἰ δέ τούχη , η cīens , prius est iis , qua sunt per se :
καὶ τὸ αὐτομάλον αἴτιον τοῦ οὐρανοῦ , neque igitur causa. Quare si fortuna
τετέρου νοῦς αἴτιον καὶ Φύσις . aut causas , cœli sunt causa , prior mens
& natura causa erit.

E X P L A N A T I O C A P I T I S S E P T I M I .

VONIAM ad hunc usque locum multa de huius scientiæ ampli-
tudine docuit, ne omnia credantur eius considerationi subiecta,
quæcunque tandem nomine entium quavis ratione significantur,
paucis repetit hoc capite ex secundo libri sexti , quæ loco illo de-
ente per accidens & ente rationis differuit , eaque ab huius cura se iungit.
Quod ita intelligendum est, si quis eorum quasi species persequi velit. Nam
de his in genere hoc doceri potest ac demonstrari , non cadere illa sub vi-
lius scientiæ cognitionem , quæ de veris rebus agat.

Hoc igitur ut faciat, primum ait agendum hoc loco de ente per accidens in
commune , ut pateat , eius considerationem neque ad hanc neque ad aliam
scientiam ex proprio instituto spectare. Tum quatuor argumentis id ostendit , uno ex inductione earum artium quæ nota sunt & vulgatae , quarum
nullam videmus agentem de accidente , hoc est , de ente per accidens : hoc
enim nomen passim hoc capite pro ente per accidens usurpatur. Altero ,
quia ens per accidens , non est verè ens , quia non verè vnum ; qua de causa ad-
dit , non male dixisse Platonem Sophistam , cui maximè familiaris est captio
accidentis , in non ente usurpari. Tertio , quia omnis scientia agit de iis quæ
semper sunt , aut maxima ex parte ; ens autem per accidens , nec semper nec
maxima ex parte est. Quartò , quia non habet causam ullam certam &
determinatam , ut per eam demonstrari possit.

Deinde iungit cum ente per accidens illud ens rationis , quod dicitur ve-
rum , cuius contrarium est falsum , aitque similiter , de eo non agere pri-
mum Philosophum , quod in sola mente sit (nempe obiectiuē) primus au-
tem Philosophus non agat de eiusmodi ente , ex proprio nimis instituto ,
& speciatim de eius generibus , sed de eo quod separabile est , hoc est , extra in-
tellectum existit , non in sola ciuis apprehensione. Qua eadem ratione pa-
tet , neque ullam aliam scientiam realem de eo agere : quod item de ceteris
entibus rationis sentiendum est. Num autem Dialectica agat de entibus ra-
tionis , de quibus etiam , & quo pacto agat , ad 2. librum explicatum est. Quod
vbi docuit Aristoteles , iterum de ente per accidens hoc affirmit , non esse il-
lud necessarium sed indefinitum & incertum , eiisque causas esse inordina-
tas , & infinitas , sive indefinitas , ut hac potissimum ratione intelliga-
tur , ab ceterarum scientiarum consideratione illud excludi.

Postremò regressus ad solum ens per accidens , tradit eius causas in ge-
nere , quæ sunt fortuna & casus : quanquam initio huius extrema sectionis ,
nomine fortunæ casum etiam complectitur , nec nomine casus vtitur , nisi

ad finem capitinis. Hæc autem non iam ex libro 6. repetit, sed ex lib. 2. Physicorum in summam fere ea colligens, quæ à capite quarto de fortuna & causa tradiderat; quæ cùm aperte hīc proponantur, satis erit si tantum verba quædam ex toto capite carptim exponamus.

^a *Id quod simpliciter est ens.*

ENs simpliciter dictum idem est hoc loco atque ens communiter sic appellatum, nullamque in hac communitate speciali nota dignum.

^b *Nec verò illa quicquam.*

Textus Graecus non habet illa sed subintelligitur.

VErba hæc supplant ea quæ Aristoteles festinatione prætermis sit. Sensem enim potius quam verba sequuti sumus in tota periodo, quæ etiam videtur depravata. Quod autem hic significat, huiusmodi est; Nullam scientiam considerare musicum factum esse grammaticum, nec (quod subaudiendum est) grammaticum factum esse musicum, tum quia utrumque per accidens conuenit alteri, neutrumque per se & natura sua sibi alterum vendicat; tum etiam quia neque ipsum totum musicum grammaticum, aliquid est verè unum, vt verè ens quoque dici possit; fieret enim una generatione, quod falsum est: nemo enim una generatione artis fit simul grammaticus & musicus sed duabus; quod non accedit in iis quæ sunt per se unum. Ita quod attinet ad tractationem scietiarum, quæ de veris entibus agunt, potius ens per accidens est non ens, quam ens, cùm ab omnibus prætermittatur.

^c *Quod verò ens per accidens.*

ENtis per accidens non posse dari causam per se ex eo probat, quia cùm ex causa per se necessariò, aut maxima ex parte sequatur effectus (nam & hoc necessarium iudicatur sublatis impedimentis) si enuntium per accidens darentur causæ, per se omnia necessariò evenirent, quod perspicue deducit. Quod au-

tem ad verba attinet, sic verius illud [τὸ τέταρτον αὐτοῦ] [cuius hoc causa fuerit] quia putamus hīc verbum præteriti pro futuri positum esse, vt sæpe ponitur pro præsentis, quod Budæus in commentariis linguae Graecæ animaduertit.

^d *Quia etiam si causa.*

EAndem rationem ait esse si causa non dum ponatur in esse, sed iam paretur in futurum, quod est iam fieri: hoc enim pacto omnia (quæ scilicet sunt) necessariò sicut, quod ostendit in eclipsi quæ crastina die futura est: iam enim causa interpositionis hodie paretur; quod ut si tempus medium dematur aut potius consumatur, iam causa sit posita in esse, ex qua præsens necessariò effectus sequitur.

^e *Ens ut verum.*

PArum refert quod Græcè est [ens ut verè] sensus enim est, ens ut significarum per veram enunciationem; at quemadmodum illud verè significatur & dicitur, ita & verum est, & dicitur.

^f *Infinite cause sunt.*

PArum quoque referret si Aristoteles diceret infinitas, neque enim hīc sumitur verbum [in infinitæ] pro infinitæ actu, sed pro infinitis Syncategorematicis, vt dicitur, quæ non tot sunt, quin plures sumi possint: hæc autem semper sunt incertæ & infinitæ.

^g *In eodem mens & fortuna.*

Hos reprehendit, qui fortunam aut casum primas cælorū causas

fas videbantur cōstituere. oporteret enim priores causas dari, cūm cauſæ per accidens sint posteriores causis per se. Si ergo fortuna est causa cœli, prior erit mens, à qua declinat fortuna: si casus, prior erit natura à qua deficit casus. Quare aliquid etiam aliud vel mens vel natura moliebatur, quod prius es-

A set natura cœlo, cūm per accidens & præter intentionem vel mentis vel naturæ cœlum emerferit, si fortuna aut casu factum est; vt si auis intendens pullum excludere suæ speciei, excludat alienæ. Quid autem prius natura in corporibus; prius natura cœlo cogitari potest, vt alia prætermittatur absurdissima?

Κεφάλαιον ι.

B

CAPUT VIII.

EΣΠ ἢ τὸ μὲν σ्वεργεῖα μόνον, τὸ δὲ διωάμει. τὸ δὲ διωάμει καὶ σ्वεργεῖα, τὸ μὲν δὲν, τὸ δὲ πασσὸν, τὸ δὲ τῶν λοιπῶν. οὐκ εἴσι δὲ κίνησις τοῦδε τῷ περιγράμματα. μεταβάλλει γὰρ αἰκατὰ τὰς τοῦ σύνθετος κατηγορίας. καίνον δὲ ὅπλη τούτων γένεν εἴσιν, γένεν δὲ καὶ κατηγορία. ἔκαστον δὲ σιχῶς σταύρος τῶν, οἷον, τόδε. τὸ μὲν γὰρ μορφὴ αὐτῆς, τὸ δὲ σέρπις καὶ κατὰ τὸ ποιὸν, τὸ μὲν λευκὸν, τὸ δὲ μέλαν καὶ κατὰ τὸ πασσὸν, τὸ μὲν τέλειον, τὸ δὲ αἰτελὲς καὶ κατὰ Φοράν, τὸ μὲν ἄνω, τὸ δὲ κάτω, ητο μὲν κούφον, τὸ δὲ βαρύ. ὁδέ κινήσεως καὶ μεταβολῆς τοσαῦτ' εἴδη, οἵσα τοῦ σύνθετοῦ. ἐπηρημάδου δὲ καθ' ἔκαστον γένος, τὸ μὲν διωάμει, τὸ δὲ σὺνελέχεια, τὸ δὲ σμιωάμει καὶ τοιεῦτον εἴσι, σ্঵εργεῖα λέγω κινητοῖς. ὅπερ δὲ αἱ ληθῆ λέγονται, συνθένεται σῆματον. οὖταν γὰρ τὸ σικαδομήτον ητο γοιγτον, αὐτὸν λέγονται εἴναι σ्वεργεῖα η σικαδομῆται. καὶ εἴτι τῦτο σικαδομῆται μησις, θομοίως μαθητοις, ιατροῖσι, καὶ κύλισις, βάσισι, ἀλσί, γήρανσι, ἀδρισις. συμβάνει δὲ κινητῆς, οὖταν η σύνελέχεια η αὐτή, καὶ οὕτε περιτερον, οὐδὲ οὔτερον. ητο τὸ σμιωάμει οὐτε σύνελέχεια, οὔτε σύντελέχεια οὐ σ्वεργῆ, η αὐτή, η αλλο η κινητή, κάνησις εἴσι.

EST autem aliud actu solum, aliud potentia, aliud potencia & actu: & aliud quidē ens, aliud verò quantum, aliud denique aliquid ex ceteris. Nec verò motus est quicquā preser res. Semper enim sit mutatio pro ratione categoriarum entis. Nihil porro est his commune, ne in una quidem categoria. Unū quodque autem duobus modis inest omnibus, veluti in hoc: aliud enim esse oīs τὸδε, id est forma, aliud priuatio. Et in qualib[us] τοις, τοις τοις, aliud quidem album, aliud verò nigrum: & in quanto aliud perfectum, aliud imperfectum: & in ratione aliud supra, aliud infra, vel aliud leue, aliud graue. Quare tot motus & mutationis quoē entis species sunt. Cūm autem pro ratione cuiusque generis, aliud actu sit, aliud potentia, actum entis in potentia, quatenus eiusmodi est, motus esse dico.

D5 Vera autem esse qua dicimus, hinc perspicere potest. Nam cūm aliquid edificari potest, quatenus tale est, illud dicimus actu esse, quatenus adificatur, estque hoc adificatio: eodemque modo doctrine accepio, curatio, voluntatio, ambulatio, salatio, ad senectutem inclinatio, ad aetatemque adultam prouectio. Accidit autem ut moueantur cūm actus ipse fuerit non prius, nec posterius: actus autem eius quod est potentia, cūm id quod actu est operatur, non quatenus ipsum sed quatenus mobile est, motus utique est.

λέγεται

ιάλεγον δὲ τὸ οὐκ ὄντε. εἴτε γὰρ ὁ χαλκὸς Α
διωάμει ἀνθεράς ἀλλά ὅμως οὐχὶ τὸ
χαλκός ἐνελέχεια, οὐχὶ χαλκὸς,
κίνησις ἐστιν. εὐ γὰρ τὸ χαλκὸν ἐν αὐ
τῷ σμύαμει θνήτῳ ἐστεῖ εἰ ταῦτὸν λύ
σισθῶς, καὶ τὸν λόγον, λύτον η
τὸ χαλκός ἐνελέχεια κίνησις πι.
όπις ἐστιν οὐ γάρ τὸν σῆμαν διῆλον διῆλον τῶν
ἐναντίων. τὸ μὲν γὰρ σμύασθαι ὑγρά-
νειν, καὶ σμύασθαι καρκενιν, εὐ γάρ τὸν λύ
τον. καὶ γὰρ ἀν τὸ ὑγράνειν καὶ τὸ κα-
ρκενιν, τὸ γάρ τὸν σμύασθαι ὑγρά-
νειν, καὶ γάρ τὸν καρκενιν, εὐ γάρ τὸν λύ
τον. εἴτε αὖτις, τὸν τὸν λύτον
ἀντίον, ὥστε εὐδίδωμα. τὸν τὸν λύ
τον οὐδὲν, οὐδὲν τὸν λύτον
ἐνελέχεια, κίνησις ἐστιν. οὐδὲν μὲν γάρ ἐστιν
αὕτη, καὶ ὅπις συμβάνει τότε κίνησις, ο-
ταν η ἐνελέχεια η αὕτη, καὶ οὔτε
σφετερον οὐθὲν ὑπερου σῆμαν. ἐνελέχε-
ται γὰρ ἐκαστὸν ὅτε μὲν ἐνέργειαν, ὅτε
δὲ μὴ οἷον, τὸ οἰκοδομητὸν η οἰκοδο-
μητὸν, καὶ τὸ οἰκοδομητὸν ἐνέργεια η
οἰκοδομητὸν, οἰκοδόμησις ἐστιν. η γὰρ
τοπός ἐστιν η οἰκοδόμησις, η ἐνέργεια,
η οἰκία αὖτις οἶσται η οἰκία η, οὐ γάρ
οἰκοδομητὸν ἔσται οἰκοδομητας δὲ
τὸ οἰκοδομητόν. οὐδέγειτον δέρχεσθαι
οἰκοδόμησιν τὴν ἐνέργειαν εἰναι. η διῆλον οἰκο-
δόμησις, κίνησις πι. οὐ διῆλον λύ-
τον καὶ διῆλον τῶν ἀλλων κίνησεων. οὐ-
τοῦ η καλῶς εἴρηται, διῆλον. οὐτοῦ οὐδὲν εἰ αλ-
λοι λέγουσιν τοῦτον αὐτῆς, καὶ σὺ τὸ μη-
ράδιον εἴναι σιωρίσαι τὸν αὐτὸν.
οὐτε γὰρ σὺ τὸν αὐτὸν τὸ γένες σιωρίσαι τὸν
αὐτὸν. διῆλον διῆλον. οὐτοῦ οὐδὲν λέ-
γουσιν. οἱ μὲν γὰρ ἐπερότηται καὶ αν-
τοτητοῦνται τὸ μη ὄν τὸν οὐδὲν α-
νάγκη κίνησιν. αὖτις οὐδὲν η μεταβολὴ, οὐτοῦ εἰς τοῦτα, οὐτοῦ σὺν τοῖς
τῶν μᾶλλον, η σὺ τῶν ἀντικειμένων. αἴποι δὲ τὸ εἰς τοῦτα θέντεν, οὐτοῦ

Illud autem, quatenus sic expono.
Est enim actus potentia stativa, non tamen
actus aris, quatenus actus motus est. Neque
enim idem est esse aris atque aliquius
potentie. Nam si simpliciter rationeque
idem esset, certè actus aris, motus esset
quidam. Atqui non sunt idem: idque
in contrariis perspicitur. Posse enim sa-
nari, & posse agrotare non idem sunt: esset
enim ipsum agrotare, idem quod sanari.
Subiectum autem quod sanari & agro-
rare potest, siue humor siue sanguis sit,
B utrumque idem est. Quoniam vero non
idem sunt, quemadmodum nec color idem
est quod visibile, utique actus possibilis,
quatenus possibilia est, motus est.

Quod igitur hic ipse sit, tuncque ali-
quid monetur, cum hic actus adeat, non
prius nec posterius aperire constat. Con-
tingit enim, ut una quaque res aliquan-
do sit actu, aliquando minimè, ut quod
adificari potest, quatenus adificari potest:
sive adificabile, quatenus adificabile
est, adificatio est. Aut enim hoc, actus,
inquit, est adificatio, aut domus: aut
cum domus est, novam adificari potest:
adificatur autem quod potest adificari.
Necesse est igitur actuum esse adificatio-
nem; adificatio autem motus est, qui-
dam. Eademque ratio est in ceteris mo-
tibus.

C Ac recte has dicta esse, perspicuum
est, & ex iis qua alij de motu pronun-
ciant, & quia non facile est, illum alio
modo definire. Neque enim eū quisquam
alio in genere ponere potest: quod ex iis
qua de illo dicuntur, apertum est. Nam-
que alij alteritatem, & inegalitatem,
& non ens esse dicunt, quorum nihil ne-
cessere est moueri. Sed neque mutatio aut
in hec aut ex his potius quam ex op-
positis est. Causa vero cur in his
motum posuerint, ea fuit, quod
inde

αὐτοὶ

ἀόργεσον πολοκεῖ εἶναι η κίνησις. τὸ δὲ Αἴτιον τῆς Συστοιχίας αἱ δέκα, Διά τὸ σερπικὸν εἶναι, ἀόργεσον. οὐτε γὰρ τὸ δέ, οὐτε τούτο δέ δύμα αὐτῶν, γάτε τὸ λοιπῶν κατηγοριῶν. τὸ δέ μοκεῖ ἀόργεσον εἶναι τὴν κίνησιν, αἴπον, ὅπιοντες εἰς θεμάτιν τὸ ὄντων, οὐτε τὸς θεμάτων εἶναι, κανένες εἴδη ανάγκης, γάτε τὸ σύνεργειά τωσόν. Η τε κίνησις σύνεργεια μὲν εἶναι σύνει τὸ θεμάτιν, αἴτιον δὲ ὅπιον αἴτιοις, τὸ θεμάτιον δὲ εἶναι σύνεργεια. Καὶ Διά τόπου χαλεπὸν αὐτῶν λαβεῖν, οὐ εἶναι. Η γὰρ εἰς σέρπον ανάγκη θεῖναι, η εἰς θεμάτιν, η εἰς σύνεργειαν αἴτιοι. τούτων δὲ οὐδεν Φαγεῖται σύνεχόμενον. ὥστε λείπεται τὸ λεχθὲν εἶναι καὶ σύνεργειαν. καὶ μὴ σύνεργεια τῶν εἰρημένων, ιδεῖν μὲν χαλεπῶν, σύνεχορδίων δὲ εἶναι. Καὶ οὖτε εἶναι η κίνησις τὸ τοιοῦτο, σφύλον. σύνελεχεια γάρ εἴσι τούτου τοῦτο δὲ κινητικός καὶ δὲ κινητικός σύνεργεια σόκη ἀλλα εἴσι. Μηδὲ μὲν γὰρ εἶναι σύνελεχειαν αἱ μοσιῶν. κινητικὸν μὲν γάρ εἴσι, τὸ θεμάτιον κινητό, τὸ σύνεργειον ἀλλα εἴσι σύνεργητον δὲ κινητό. ὡδὸς ὁμοίως μία ἀμφοῖν σύνεργεια, ὥστε τὸ αὐτὸ τὸ Διάσημα ἐν τοῖς σφύλοις, καὶ σφύλοις τοῖς εἰν, καὶ τὸ αἴτιον, καὶ τὸ ιατρόν, αἴτια τὰ εἶναι οὐχ εἴναι. ὅμοιώς δὲ καὶ τὸ κινητό θεμάτιον κινουμένῳ.

A indefinitum quid esse videatur: alterius enim ordinis principia, quia priuativa sunt, indefinita censemur. Etenim nihil nisi pro ipsorum ceteris hoc aut quale, aut aliarum categoriarum.

Cur autem motus indefinitum quidam videatur esse, ea est causa, quod neque in genere potentia, nec vero actus illum ponere licet.¹ Nam neque id quod potentia quantum est, nec quod actu quantum, moueri est necesse. Ac videtur motus actus quidem esse, verum imperfectus, propriea quod imperfectum sit ipsum possibile, cuius est actus: qua de causa difficile est capere, quid ille sit tandem. Aut enim in priuatione, aut in potentia, aut in actu simplici ponatur necesse est; quorum certe nihil videtur fieri posse. Ita relinquuntur, esse id quod dictum est, & non actum, & actum à nobis expositum, qui et si difficultis cognitu est, esse tamen potest.

Illud etiam est perspicuum, motum in mobili esse: actus enim huius est ab eo quod mouere potest. Neque eius quod vim mouendi habet, alius est actus; cum utriusque actum esse oporteat. Motum enim ea ratione dicitur, quod posset, mouens animal, quod agat: ceterum actinum est in ipsum mobile. Est igitur unus utriusque actus, quo pacto idem est inter se unius ad duo, quod duorum ad unum, accliviter ac declinare: sed esse non unum est. Atque eodem modo res habet in eo quod mouet, & in eo quod mouetur.

EXPLANATIO CAPITIS OCTAVI.

XPROSITIS IIS QUAE AB HUIUS REIICENDA FUNT SCIENTIA CONSIDERATIONE; EXPOSITA EA QUAE ETIAM NON REIICINTUR, MINUS TAMEN PRÆCIPUE IN EA CONSIDERANTUR, MOTUS, INQUAM, & (QUOD ILLUM SEQUITUR) INFINITUM. MOTUS ENIM NEQUE ENS PERFECTUM EST, NEQUE ETIAM NON ENS, SED ENS IMPERFECTUM & INCHOATUM, PER QUOD TAMEN IN COGNITIONEM PERFECTISSIMI & ABSOLUTISSIMI ENTIIS VENIAMUS NECESSE EST. REPETIT IGITUR

tur paucis hoc capite ea quæ fusiùs de natura & conditione motus consequenter scripsérat primis tribus capitibus lib. tertij; primumq[ue] docet quid sit motus; deinde rectè traditam esse eius definitionem ostendit: postremò tradit in quo natura sit velut subiecto, & quo p[ro]acto se habeat ad id quod mouet, & quod mouetur. Quæ omnia fermè expositione non egent, cùm præsertim ex loco citato p[er]ssim repeti, & in ore haberi soleant.

^a Est autem aliud actu.

ET si diuisio hæc sic intelligi pos-
sit, vt primum membrum in
solum Deum cadat, quod solus sit
actus putus; secundum in solam
materiam, quod sit pura potentia;
tertium, in cōposita naturalia, quod
materia & forma constent: potius
tamen sic exponenda est ad rem de
qua est disputatio, vt ea dicantur
solum esse actu, quæ perfectè sunt in
actu, seu habent actum, qualiscun-
que is tandem sit, vt perfectè album, B
aut perfectè existens in loco: ea ve-
rò solum potentia, quæ nihil habent
certi alicuius actus seu formæ, quo
p[ro]acto id quod perfectè nigrum est,
dicitur esse album potentia, & quod
supremo in loco est, dicitur esse po-
tentia in insu[m]o: eadēnque potentia
& actu, quæ actum seu formam im-
perfectè habent, vt imperfectè alba
& imperfectè nigra, & quæ partim
proprio in loco sunt, partim extra
illum.

^b Aliud quidem ens.

Nomen entis hoc loco pro sola
substantia sumitur, quod sola
per se sit, vt inferius nomen huius,
eo quod sola substantia sit hoc ali-
quid, propriamque habeat subsisten-
tiā.

^c Nec verò motus.

Motum non esse quicquam
præter res, sic intelligendum
est, ac si dixisset, non esse genus ali-
quod quod commune sit, seu moti-
bus ipsis; seu rebus formisue quæ
motibus acquiruntur, vt paucis yet-

A bis interpositis ipse explicat. Quam-
quam enim utitur verbo [præter]
more Platonico (quo verbo apud
illum separatio à particularibus si-
gnificabatur) non tamen illud su-
mit hoc loco vt significat separatio-
nem, sed communitatem. Non esse
autem motum commune aliquid si-
ue rebus omnibus prædicamento-
rum omnium, siue etiam unius, vt
addit; ex eo patet, quia neque omnia
quæ in prædicamentis sunt, per
motum acquiruntur, neque etiam
omnia quæ sunt in eodem, vt induc-
tione patet. Est igitur motus qua-
ratione motus est, analogum quip-
piam differens à forma quæ per
motum acquiritur, vt imperfectum
quiddam, & partim actu existens,
partim potentia, ab eo quod iam
totum actu existit.

^d Vnum quodque autem.

Sensus est, in omni prædicamen-
to dari aliquid perfectum, ali-
quid imperfectum; quod etiam in
eadem re s[ecundu]m accedit, vt prius im-
perfecta sit, deinde perfecta. Quod
autem h[ic] ait, graue & leue ad præ-
dicamentum vbi seu lationis perti-
nere (significat enim nomine latio-
nis, locum qui per motum acqui-
ritur) reductiè intelligendum est,
ea nimis ratione qua potentia
ad ea genera reducuntur, in quibus
earum actus collocantur.

^e Quare tot motus.

Cum non in omnibus prædi-
catis reperiatur motus, vt ipse
probat lib. 5. Physicorum, mirum
est

est quod h̄c asserere videatur non A sus est [Actus autem eius quod est solum tot esse species motus , quot sunt ipsa prædicamenta , sed etiam quot sunt ipsæ rerum species , quæ ponuntur in prædicamentis . Verū hoc negatiū intelligendum est , quemadmodum illud quod dixerat primo capite libri quinti , tot modis dici causas , quot principia : cùm tamē principij nomen latius pateat . Sensus ergo est , non plures esse species motus quām sint rerum species , vt sensus sit , non inueniri ullam motus speciem nisi quæ ad formam aliquam , speciemque rei alicuius prædicametalis pertineat . Nisi velis sic intelligēda esse verba illa [quot entis species sunt] vt sumantur pro speciebus rerum , ad quas est motus : quamquam hoc ineptum ac friuolum videri poterit .

⁴ Cum autem pro ratione .

Colligit ex dictis motus definitionem nobis quidem iā tritam & vulgatam , à se autem non mediocri labore inuētam , quæ libro quinto huius operis ad cap. 13. fūsē explicata est . Interest autem inter hanc & eam quæ habetur initio libri tertij Physicorum , quod genus aut quasi genus in illa , nomine τὸν ἀτελεχέας appellatum est , in hac autem nomine τὸν ἀρρεπέας , quod sāpe hæc nomina indifferenter in eadem significatione usurpantur , tamē si verbo τὸν ἀτελεχέας sāpius significatur forma , nomine autem τὸν ἀρρεπέας , fere semper operatio , potissimum vero ea quæ sūt actus perfectus .

⁵ Veram autem esse .

His tribus sectionibus exponit traditam esse definitionē , priuimque cur dixerit entis in potentia , explicandis iis particulis quibus constat . Quid loco ubi ait [actus eius quod est potentia , & cæt .] sen-

potentia , hoc est mobile , cùm id quod est actus , id est , agens , est in opere siue agit , non tamen mobile quatenus ipsum , id est , quatenus hæc aut illa res , sed quatenus mobile est , is actus , inquam , motus est .

^b Illud autem .

Exponit cur dixerit quatenus : quo loco sensus est . Nam etsi æs in potentia est ad statuam , seu B potentiam statuæ , tamen ratio æris non eadem est atque ratio talis potentiae ; nam si eadem esset , eodem modo ratio æris & ratio potentiae ad columnam , essent vna & eadem ; cùm autem ea quæ & re & ratione conueniunt , in uno tertio sint idem omnino inter se ; eadem esset ratio utriusque potentiae , ac proinde ratio statuæ & columnæ , à quibus eæ potentiae rationē distinctionēque accipiunt : idem quoque omnino essent , quod non minus absurdum est , quām si quis dicat idē esse omnino sanitatem & morbum , quod concedat subiectum quod est in potentia , ad sanitatem & morbum idem omnino esse atque huiusmodi potentias . Sumitur autem hoc loco potentia , non vt respicit totum aliquod genus actuum , sed certam speciem , atque hoc pacto intelligenda est potentia in definitione motus .

¹ Ac rectè quidem .

Confirmat definitionem , & ex errore veterum , qui aliter motum definire tentarunt ; & ex eo D quod difficile sit , ne dicat (quod verè putat) impossibile , alio modo illum definire . Nam cùm necessariò ponendus sit in genere aut quasi genere actus imperfecti , tendentisque in perfectionem , quo pacto omnes motus comprehendit , illi partim ad speciales rationes resperxerunt ,

O 2 dicen-

dicentes , motum esse alteritatem , quæ solam varietatem in qualitate significat , aut inæqualitatem quæ ad solam quantitatem spectat : partim dicunt esse non ens , quod solum terminum corruptionis motum videtur præ se ferre . Accedit , quod nihil horum , hoc est , eorum quæ his affecta sunt , necesse est moueri , nec quod alterum est seu diuersum in qualitatē , nec quod inæquale , nec quod non est hoc aut illud : possunt enim quatenus talia sunt , quietescere . Postremò quia non magis mouentur res , vt sint dissimiles , quam ut similes , nec ut inæquales , quam ut æquales , nec ut non sint hoc aut illud quam ut sint .

Causa vero cur.

Quoniam hi philosophi , et si rem non attigerunt , tamen eam videntur subodorari ea ex parte , qua incertum & indefinitum quid motum esse conceperunt ; ideo ait Aristoteles , motum ab eis in eiusmodi quasi generibus dissimilitudinis , inæqualitatis , & priuationis positum fuisse , atque adeò in ordine eorum principiorum , quæ apud Pythagoricos imperfecta iudicabantur , vt lib . i . dixerat . Erat enim motus unum ex decem principiis seriei secundæ quæ malorum imperfectorum appellabatur . Ac meritò quidem in ea serie motum collocabant , quia nihil eorum quæ in ea ponebantur , illorum sententia erat perfectum , vt nos dicimus aliquid esse perfectè hoc siue substantia , perfectè quale , aut aliquid aliud eorum quæ in veris prædicamentorum generibus ponuntur .

Aduerte autem , motum dici indeterminatum , quia cum nihil aliud sit , quam ipse actus seu forma in fieri ; necesse est ut partim iam sit , partim nondum sit ; qua de causa partim videtur ens partim

A non ens , partim in genere potentiae ponendus , partim in genere actus , cum tamen absolute in neutro poni possit , vt mox docet Quocirca veteres illi , præsertim Pythagorici , qui omnia figuris & ænigmatibus inuoluebant , propterea fortasse dixerunt motum esse alteritatem , quia est dissimilis perfectionis in partibus præcedentibus & subsequentibus (neque enim motus ut motus est ipsa eius continuitas , aut mora successionis ,

B quæ æquè perfecta sunt in toto motu , sed est forma , quatenus pedentim acquiritur , vt libr . 5 . dictum est) inæqualitatem autem quia plus formæ acquisitum est in partibus subsequentibus , quam in præcedentibus ; non ens verò , quia motus cum magis respiciat futurum quam præteritum , potius non ens videtur esse quam ens . Ceterum Aristoteles , et si nonnullam eorum excusationem hoc loco innuit , cum ait ipsam motus indeterminationem in causa fuisse , cur ita loquuti sint , tamen quia non probat genus illud philosophandi enigmaticum & metaphoricum , eorum verba simpliciter & absolute , vt alibi solet , meritò reprehendenda putat .

Nam neque id quod potentia.

Debet , motum , neque in genere potentiae , nec in genere actus simpliciter & absolute poni posse ; quia neque id quod est omnino in potentia ad aliquam formam , nec quod iam illam habet , moueri necesse est ; ut frumentum cum est in potentia herba (veluti in horreo) aut cum iam habet spicā perfectam . Concludit ergo esse actum quidem , sed tamen imperfectum , & inchoatum , rēdēntēmque in perfectionem , idque quia mobile , qua mobile est (quod vocat possibile nempe ut moveatur) cuius actus est motus , im-

per

perfectum quiddam est ratione ta- A
lis potentiae.

^m Qua de causa difficile.

C Olligit ex dictis, cur difficile sit capere quid sit motus: causa vero est, quia primo aspectu, ratione quidem eius quod nondum per motum acquisitum est, videtur simpliciter & absolutè priuatum omni esse, & in potentia simpliciter seu quæ nullum admistum actum habeat; ratione autem eius quod iam est acquisitum, videtur esse actus simplex, hoc est, qui nullam habeat admistam potentiam: re tamen vera neutrum de co dici potest, sed id tantum quod dictum erat, nempe & nō esse actum simplicem, siue actum entis in actu, & esse actum admistum potentia, siue actum entis in potentia, ut in potentia est. Est igitur difficilis cognitu definitiua cognitione, propter admisionem actus cum potentia; facilis autem cognitu cognitione simplici, quia pene nihil clarius quam res sensibiles moueri, ac proinde moueri posse.

ⁿ Illud etiam est.

D Ocet, motum, et si est actus tam motui quam mobilis, vt talia sunt (vtrumque enim tūc ponitur in actu, illud potētia actuum, hoc passiuæ, cùm alterum mouet, alterum mouetur, tamen non inesse mouenti sed mobili. Est enim à mouente quidem perfectus, sed in mobili tamen receptus. Neque incommodum, si unus actus sit duorum, B modò ei sit externus, quod alterum perficit; ei vero internus seu inhærens, quod ab altero perficitur: tametsi non est negandum, aliam esse rationem eius, ut à mouente procedit; aliam, vt in mobili suscipitur; cùm priori subeat rationem actionis; posteriori rationem passionis; quod ipse familiaribus exemplis declarat. Neque in re hac dubium est ullum, cùm loquatur de motu propriè dicto, qui & definitus erat; quo C quidem omne quod mouetur, ab alio moueatur necesse est, vt ex iis quæ ad cap. 1. libri noni dicta sunt, perspicuum esse potest.

Κεφάλαιον ι^ρ.

Tό δι' αὐτούς, ή τὸ αἰδημάτον διελθεῖ τὸ μὴ τεφυκέναι δίεναι, καθάπερ ἡ Φωνὴ αἰσχεῖθαι ή τὸ διεξόδον ἔχον αἰτελότητον, ή ὁ μόλις, ή ὁ τεφυκός ἔχει μηδέχη διεξόδον ή τεργασθὲν τεφυκέσθαι η αἴσχυρός η αἴσχυλος. Χωρεῖσν γάρ διὰ αὐτὸν οὖν, αἰσθήσοντες σύχοιντεναι. εἰ γὰρ μήτε μέγεθός εστι μήτε πλῆθος, σύσια δι' αὐτῷ τὸ αἰσχύλον, καὶ μὴ Κυμεβυκός, αἰδημάτον ἔσει. τὸ γὰρ διάγετον, η μεγεθός, η πλῆθος. εἰ δὲ αἰδημάτον, όν αἴσχυλον, εἰ μή καθάπερ ἡ Φωνὴ, αἴσχυλος.

E St autem infinitum, aut quod impossibile est pertransire, quia suapte natura decurri non possit, quo pacto vox est inuisibilis; aut quod transitum habet interminabilem: aut quod vix: aut quod natura quidem apium est, vt habeat, nec tamen transitum aut finē habet. Itemque additione, aut deractione, aut viroque.

goras enim Chao illo ponendo, in A per accidens fieri generationē, quærit ex quo tandem non ente fiat. Atque cùm non ens tribus modis dicatur (stametsi ab eo hoc loco nō explicantur) vno quod nihil omnino est alterum nō ens in subiecto quod est priuatio; tertium, quod non est ens actu sed potentia, cuiusmodi est materia respectu eius rei cuius formam accipere potest: breuissimè responderet, fieri quidem ex non ente quod sit potentia ens, ut ignem ex coquod non est ignis, sed tamen potentia ignis; ut pote ex materia priuata forma ignis, ac proinde quæ habeat aptitudinem & propensionem ad formam ignis. verum hoc quod iam dictum erat paulo antè, non esse sat. Nam præter materiam primam, quæ in omni generatione subilitatur, necesse est ut pro ratione diuersarum rerum, quæ gignuntur, diuersæ quoque materia secundæ præcedant ipsam formatum introductiōnem. Neque enim satis est ad res generandas, quod materia prima ex se ad omnes formas propensa sit, nisi dispositionibus diuersarum rationum ad formas diuersarum specierum præparetur. Vnde fit, ut non quodlibet immediate fiat ex quolibet, sed certæ speciei substantia ex certa & determinata dispositiōne, seu, quod idem est, ex certa & determinata materia secunda. Quocirca male audiebat Anaxagoras, quod proximè ex uno chao, & ab una mente agentis primi, omnia genita esse dixisset. Vbi enim agens unum est, & una materia, non diuersa, (minus etiā infinita) sed certū aliquid generatur, illud nimirū ad quod materia proxima, in proxima potentia est. Quod de generatione naturali intelligendū est non de artificiali, cùm mens artificis ex eadē materia proxima, varia admodum effecta possit producere. Neque obest quod

^a *Quocunque autem mutantur.*

VT cōpleteat materia explicatiōnem, docet, omnia quæ mutantur, materiam habere; non tamen eandem. Quæ enim gignuntur & intereunt, materiam habent cum priuatione aliarum formarum substancialium coniunctam; sempiterna verò corpora etiā habent materiam cum priuatione diuersorum situum, non tamen generabilem, hoc est, coniunctam cum priuatione aliarum formarum substancialium, ex qua occasio generationis sumitur: idque ob eam causam, quod non nisi earum formarum quas habent, capaces sint, ut libro 10. ostensum est.

^b *Sed querat aliquis.*

VT luculentius exponat id quod paulo antè dixerat, ex non ente

C D *Deus*

Deus Opt. Max. diuina arte ex ni- A
hilo produxit res omnes naturales:
namque in ipsa etiam earum crea-
tione non nudam materiam pri-
mam, sed tam multas ac varias se-
cundas produxit, quam multas si-
mul formas substantiales specie di-
uersas.

¹⁰ Tres igitur sunt.

Colligit tres esse causas & principia generationis, vbi nomine causa abutitur pro principij, quod dixerim, ne quis illum putet priuationem propriè causam appellare. Quamquam fortasse verbis illis [triāque principia] se correxit, quasi dixerit [triāve principia.]

Κεφάλαιον γ.

三九

卷之四

MΕΤΑ ταῦτα ὅπερ γίνεται εὗτε
ἢ ὁ ὑλη, εὗτε τὸ εἰδόθεν λέγω
τοῦ ἔχασα. πᾶν δὲ μεταξάλλες τοῦ,
καὶ ταῦτα τινά, καὶ εἴς τοῦ οὐφέγματος,
τοῦ περιώτου καὶ οὐκανθρώπου. ἢ δέ, οὐ ύλη εἴς
οὗτοῦ, τὸ εἰδόθεν. εἰς αἴπερον οὐδὲ εἰσιν,
εἰ μὴ μόνον ὁ χαλκὸς γίνεται σροζύ-
λοθεν, αλλὰ καὶ τὸ σροζύλον, ὁ χαλ-
κός. αἰδάγεται δῆλον εἶναι μὲν ταῦτα,
ὅπερ ἐκάστη ἀπὸ Σωμανύμου γίνεται
εὐσία. ταῦτα φύσης οὐσία, καὶ ταῦτα ἄλ-
λα. οὐδὲ τέχνη φύσης γίγνεται, οὐ
τύχη, οὐ τῷ αὐτομάτῳ. οὐδὲ οὐδὲ τέ-
χνη, δέχεται τὸν ἄλλον οὐτοῦ φύσις, δέχεται
εἰς αὐτοῦ. αἴδερωσαν οὐδὲ αἴδερωσον
γίνεται. αἱ δέ λοιπαὶ αἵπαται σερήσουσι
τάτων. ζόσιαὶ δέ τε εἰς οὐκέτι ὄλη, τό-
δε ποιοῦσα τῷ Φαίνεοδος. ὅσα γάρ εἰσιν
αἴφη καὶ μὴ συμφύσει, ὑλη καὶ ταῦ-
ταίμδων οὐδὲ φύσις, καὶ τόδε ποιεῖται
καὶ εἴσις τοῦ. εἴτε τρέπτη δὲ τούτων η
καθ' ἔκαστη οἷς Σωκράτης η Καλ-
λίας. ὅπερ δημιουρῶν τινῶν, τόδε ποιεῖται
τοῦ τοῦτο τὸν Σωμανύμονον οὐσίαν. οἷον,
οικίας τὸ εἰδόθεν, εἰ μὴ η τέχνη. οὐδὲ
γίνεσται καὶ Φθορεῖ τάτων αὐτῶν
ἄλλον τούτον εἰσιν καὶ σόκον εἰσιν, οικία
τε η αὐτοῦ ὄλης, καὶ ψήσια, καὶ ταῦτα η κα-
τατέχνησιν αὐτὸν εἴσεσθι, ὅπερ τὸ φύση.

Post ^ost hoc intelligendum, nec materiam fieri, nec formam: dico autem qua extrema sum. Quicquid enim mutatur, aliquid est, et ab aliquo, et in aliiquid mutatur. Ab aliquo quidem, ut primo mouente: cuius autem mutatio est; illud est materia: id vero in quod mutatur, est forma. In infinitum ergoabitur, si non solum as sit rotundum, sed etiam recundias ipsa aut as ipsius fit. Stetit igitur necesse est.

*Illud & preseret sciendum, unam- Tex. 13.
quamque substantiam à re uniuoca fieri.
Quae enim natura fiunt, substantia sunt,
nisi quae cetera. Aut enim natura, aut
arte, aut fortuna, aut casu fiunt. Atque
ars quidem principium est in alio; natu-
ra autem principium est in ipso; (homo
enim hominem generat) cetera vero cau-
sa harum sunt privationes.*

Substantia^c vero sunt tres. Alia est
materia, que ex ipso quod apparet, hoc Text. 14.
aliquid est. Quacumque enim taliter non
copularione coherent, materia sunt &
subiectum. Alia vero natura, & hoc ali-
quid, ad quam situr, quaeq[ue] habitus qui-
dam est. Tertia insuper, qua ex his con-
stat, singularisque, ut Socrates, aut Cal-
lias. In quibusdam igitur hoc aliquid
non est praeter compositionem substantiam, ut
forma dominis non est nisi ars ipsa, negue
borum est generatio & corruptio: sed alio
modo sunt & non sunt, tum dominis sine
materia, tum sanitas, tunc etiam quida-
qua constant.

Text. 15.

διὸ δῆλον κακῶς ὁ πλάτων ἔφη, Α ὅτι εἴδη εἰσὶν ὅποσα φύσει, εἴσαι εἰσὶν εἴδη αὐλαρύτων, οἷς πῦρ, σάρξ, κεφαλή. ἀπόταντα γὰρ ὑλὴ εἰσὶ, καὶ τῆς μάλιστον οὐδίας ηγετεῖται. Ταῦτα οὐσία κανονίζεται αὕτη, ὡς περιγεγραμμένη οὖται. Ταῦτα δὲ ἀντί λόγου, ἄμφα. ὅτε γὰρ ψυχήσια εἰσὶν αὐθερωτοί, τότε καὶ ψυχήσια εἰσὶν καὶ τὸ οὐρανοτῆς χαλκῆς σφάγγες αὕτη, καὶ οὐχὶ χαλκῆ σφάγγες. εἰτέ γὰρ ψυχήσια τὸ οὐρανομένον, σκοτεινόν. εἴτε ἐνίσιαν γὰρ οὐδὲν καλύπτει οἶον, εἰτὲ οὐ ψυχήτωσιν, μηδὲ πάσα, αὐτὸν οὐδεν. πάσαν γὰρ αἰδώματαν ιστος.

^B Φανερὸν δῆλον, ὅτι οὐδὲν δῆλον δῆλον γε ταῦτα εἴναι τοις ιδέας. αὐθερωτοί γὰρ αὐθερωτον γένναται, οὐ καθ' ἔκστον τὸν γέννατον οὐδοίως γένναται εἰπεῖ τῶν τεχνῶν. εἰτέ γὰρ ιατρικὴ τέχνη, οὐ λόγος τῆς ψυχήσιας εἰσὶ.

Text. 16.

Quocirca non male Plato dixit, formas eorum esse quae natura constarent, si tamen alia sunt aliarum rerum forme, ut ignis aliis, caro, caput: omnia enim materia sunt, ultima etiam eius quae maxime substantia dicitur.

Text. 15.

Ac mouentes quidem cause velut antricē exortae sunt; quae veò ut ratio habentur, simul existunt. Nam cùm homo est sanus, tunc etiā sanitas fit; & cùm figura aenea est, simul etiam aenea sphaera.

Text. 17.

An vero postea aliquid permaneat, considerandum est: in quibusdam enim nihil prohibet; ut si anima tale quid sit, non omnis tamen sed mens ipsa. Namque ut omnis permaneat, forsitan fieri non potest.

Text. 18.

Perfpicuum igitur ex his, ideas non esse necessarias. Homo enim hominem generaliter singulariter utique singularem; eodemque modo in artibus res habet; siquidem medendi ars est ipsa sanitatis ratio.

Text. 18.

EXPLANATIO CAPITIS TERTII.

* Post hec.

 V & superiori capite post generalem substantiarum divisionem, repetivit Aristoteles, ad materiae explicationem pertinebant; nunc ea commemorat, & aliquid profundiū tractat quae ad formam spectant; tametsi nonnulla de materia adhuc repetit, in quibus illa cum forma suo modo communicat. Illud igitur primum in mente revocat, quod libro septimo luculentius docuerat, nec materiam ultimam, neque ultimam formam fieri, hoc est, generari propriè. Vocat autem ultimam ipsam materialē primā, formānque ultimā, eam quae substantialis est; quae principia sunt ultima in resolutione, quemadmodum in compositione sunt prima. Excipit autem materialē secundam, quae subiectum est accidentium, quia composita est ex materia prima & forma substantiali, proprièque generatur & corruptitur: formam item secundam (hoc enim nomine intelligi potest totum compositum, quod etiam secundo physicorum lib. formæ nomine comprehendit) quia generatio ad hanc tendit, tanquam ad totalem terminum; & corruptio ab hac ipsa eodem modo proficitur. Probatō autem ad illud incommodum dicit negantem, ut cogatur admittere infinitiōnem materialium & formarum, nisi in aliqua ultima materia, & in aliqua ultima forma consistatur, quae tota res in contextu est perspicua.

In Met. Arist. Fonsecæ Comm. Tom. 4.

R

• Illud præterea sciendum.

Hoc pertinet ad explicationem solius conditionis formarum ex consideratione agentium, de qua re item lib. septimo disputatum est. Docet igitur quicquid sit (intellige autem per se & nō per accidens) à re sibi vniuoca fieri, ut hominem ab homine, & equum ab equo, ac proinde à re quæ habet formam eiusdem nominis, & rationis cum ea quæ ipsum constat: formæ enim sunt quibus res assimilantur inter se, ac distinguuntur. Verum vniuocatio hæc intelligenda est vel in specie, vel in communiori aliqua ratione, ita tamen ut illud à quo sit; si non sit eiusdem speciei cum eo quod sit, contineat tamen illud virtute ac potentia sua naturæ. Multa enim sunt in his inferioribus, quæ non habent causam efficientem vniuocam sibi in specie, aut si habent, non sunt semper ab illa. Sed ab ea cum qua aliqua ratione conueniant, ut culices qui nunquam à culice, sed à sole, aut intelligentia, & mures qui aliquando à mure, aliquando à sole generari dicuntur, quod virtute continere dicantur huiusmodi imperfecta animalia. Probario huius rei ex inductione sumitur: quicquid enim sit, sive per se, inquam, sive per accidens sit, aut arte (sub qua intellige quamlibet intentionem, eius qui mente aliquid efficit) aut natura; aut certè fortuna, quod est præter intentionem eius qui mente operatur; aut casu, quod est præter intentionem propensionemque operantis natura. Quæ duæ causæ posteriores, cùm sint causæ per accidens, meritò dicuntur ab Aristotele priuationes corruptio- nes sive duarum priorum. In iis autem quæ arte aut natura sunt, semper id quod sit, habet formam similem

A formæ efficientis, si non specie, certè in communiori aliqua ratione eo modo quo diximus. Nam quæ sunt arte, semper habent similem speciem formam cum forma quæ est in mente artificis. Quæ autem natura, majori parte habent similem speciem, interdum tamen similem genere, seu presè seu latè accepto generis nomine. Cùm igitur sola ea quæ fortuna & casu sunt, nō per se sed per accidens sunt; ac proinde non mirum sit si non assimiletur suis agentibus in eo in quo ab eorum intentione deviant (namque in eo in quo non deviant, non sunt ab eis per accidens sed per se, ut homo trium fortasse pedum ab homine in eo quod est homo) verum relinquunt pronunciatum illud, quicquid per se sit, à re sibi vniuoca fieri, seu (quod eodem redit) à re quæ habet formam eiusdem nominis & rationis, cum ea quæ ipsum constat, ut explicatum à nobis est.

C Aduerte autem distinctionem artis à natura, quam h̄c ponit Aristoteles, in eo sitam esse, ut ars dicatur principium motionis eius rei, in qua non est; natura autem eius in qua est; quod quo pacto intelligendum sit, in explicanda naturæ definitione, ad quintum lib. diximus.

• Substantia vero sunt tres.

Hoc item pertinet ad explicationem naturæ formarū, quæ eiusmodi est, ve nunquam existant antequam materiam informent; in quibusdam autem nihil prohibebat quominus post dissolutionem compositi, scorsim ac per se in rerum natura cohærent. Quod vt doceat, similius de materia deque toto composite non nihil tradat, præmittit tripartitam substantię diuisionem, non quidem in species, sed in partes essentialiter componentes, quæ sunt materia & forma, & in ipsum compo-

scitum. Ait igitur, materiam esse hoc aliquid per formam; hoc enim significat (ut Themistius recte interpretatur) cum ait, eo ipso quod apparet, seu (quod idem valet) quasi in lucē prodit : alioqui si omni forma spoliata concipiatur , non potest dici hoc aliquid , nisi potestate illa & habilitate, ut per formam cerni possit, & in rebus per se subsistentibus suo modo numerari. Id quod colligitur ex materia rerū quę arte conficiuntur, si modò ex multis separatis que coagententur , ut domus ex lateribus & calce, & nauis ex tabulis & clavis , quibus illæ compinguntur : In his enim planè distincta est materia à rebus quę ex illa conficiuntur, cum sint res plures ac distinctae inter se, & à tota re quę ex omnibus componitur: quę res plures non essent hęc aliqua, nisi distinctas formas haberent , & per eas se cernendas exhiberent. Nam cum partes ex quibus res constat , natura ipsa copulata sunt inter se, veluti partes humani corporis, neque unquam ante totius generationem separatim extiterūt ; res obscurior est, cum nihil aliud quam ipsum totum esse videatur. Id quod veteres Physicos adduxit , ut materiam à tota naturalis rei substantia non distinguenterent , seu (ut verius dicam) vt solam materiam totam illius substantiam esse crederent , nec diuersarum distinctionem aliam esse dicerent , quam quę variis accidentibus efficerentur. Hanc expositionem illorum verborum [eo ipso quod apparet] traducit Auerroes ad hoc tantum, ut materiā declareret, hoc loco esse singularis positivè per formam, quam cum alioqui sit vniuersale subiectum, est uno numero priuatione, utpote ut antecedit natura sua singulari omnes formas. Sed non est cur usque adeo restringantur verba

A illa , ut non etiam per ea declareret Aristoteles materiam esse hoc aliquid, id est, substantiam per formam, siue ut singularis, & hęc positivè siue absolute, & ut materia in commune sumpta. Itaque cum substantiæ hoc maximè proprium habeant; ut suo modo quęque sit hoc aliquid seu per se subsistens (quod nulla ratione accidentibus conuenit) in eo intelligendum est positam esse hanc trimembrem diuisionem, ut materia substantiæ sit hoc aliquid per formam , forma autem per hoc quod per se ipsam dat esse ac subsistetiam materiae, totique composito ; at totum compositū per hoc quod ipsum per se est , hoc aliquid & maximè substantia , ut post pauca verba subdit Aristoteles. Quod autem ait, formam esse item naturam , ad quam generatio contendit, non tollit quominus materia etiam natura sit, cum eodem modo natura dicatur , qua dicitur hoc aliquid: nempe quatenus formae, quam præcipue naturae rationem habet , capax est. Dicitur quoque forma habitus quidam , vel ut à priuatione opposita distinguatur ; vel quia generatio, acceptio quedam est, non materię sed formae; quam tum demum habetur , cum generatio completa est. Denique quod hic dicitur , totum compositum esse singularem substantiam , non impedit quominus concipi possit ut vniuersale quippiam : sed hoc ad ipsum opus generationis spectat, quam non est nisi singularium, ut ceterę omnes actiones ; quod initio huius operis explicatum est.

^a In quibusdam igitur.

C Vm docuisset formam substantialem esse hoc aliquid , ut naturam ad quam tendit generatio; compositamque substantiam ex ea constare : Iam illud certum esse ait,

præter quædam composita, nullam A dunt tempore sua effecta, ita etiam esse formam, quæ hoc aliquid sit, ac per se extra compositum cohæreat, quod ipsum Plato admittit, veluti in iis quæ arte conficiuntur. Nisi quis ea exemplaria, quæ sunt in mentibus artificum, formas corum quæ arte conficiuntur, separatas esse dicat: verūmæ formæ substantiæ non sunt, vt cohærent per se possint, sed meta accidentia; nec proinde ut substantiæ, per generationem incipiunt esse, aut per corruptionem desinunt, sed ea ratione tantum quæ ipsorum artificum mente concipiuntur, aut obliuione evanescunt, quas etiam artefacta sine materia hoc loco appellat, vt domum aut nauem imitativelem. Quare non malè Platonem dixisse ait, cùm docuit, formas separatas sive ideas non esse nisi rerum naturalium, quæ nimirum materia & substantiis formis constarent. Non male, inquit, si modò vllæ ciuiusmodi formæ admittendæ essent, vt præter ignem hunc, ex materia & forma constantem, sit quædam ignis forma separata, sive ignis idealis, eodemque modo alia idealis caro, aut ideale caput. Illud enim ipsi competitum esse; isthac omnia materiam includere, cùm sine qualitatibus sensibilibus neque esse neque intelligi possint, sintque materiales partes substantiæ sensibilis, non solum si illa definiatur in commune, sed multo etiam magis, si sumatur ut partes singularis substantiæ, quæ maximè substantia dicitur.

** Ac mouentes quidem.*

Am suam sententiam adhibet de formis rerum naturalium, aitque non perinde sentendum de illis esse atque de causis mortaliis (quod idem de quovis modo agentibus dictum esse intelligit Alexander) vt quemadmodum mouentes præce-

B dent tempore sua effecta, ita etiam præcedant formæ substantiales. Re enim vera dispar in his ratio est: nam causæ mouentes sunt causæ à quibus motus oritur, vt necesse sit eas antè existere, quām sint res ipsæ quæ per motum efficiuntur. At formæ substantiales, cùm sint causæ formales, quæ propterea dicuntur rationes eorum quæ fiunt, quodd in eis situm sit illorum naturæ complementum; simul incipiunt esse, cùm ea quæ fiunt, esse incipiunt. Hoc enim commune est formis omnibus, sive substantialibus, veluti formæ humanæ, qua fit Socrates; sive accidentalibus, vt sanitati, qua ille fit sanus; aut figuræ rotundæ, quæ in sphæram conformatur, vt non priùs tempore, sed tum primùm existant in rerum natura, cùm existunt primùm ea composita, quæ ex illis constant. Num autem, quæ substantiales sunt, dissolutis compositis naturalibus permaneant in rerum natura, ac per se cohærent, rem esse ait consideratione dignam. Hoc tamen aperte pronunciat, nihil prohibere quominus aliquæ permaneant: vt si anima tale quiddam sit, vt post mortem viuētis permanere dicatur, non omnis tamen, sed sola mēs sive anima intellectiua. Cuius rei hac est ratio: quia cæteræ animæ non possunt habere operationem vllam sine organo corporeo: at anima intellectiua potest, cùm de ratione intellectus non sit, vt indigeat operatione corporis, nisi quandiu est in corpore mortali, quatenus fermè nihil intelligit nisi concurrente simul operatione phantasiaz; quæ organo corporeo infixa est: tametsi aliquando intellectus ab omni sensu operatione abstrahitur, vt in vehementi aliqua contemplatione. Quo loco cùm Aristoteles cæteras animas dissolutis compositis permanere non posse

posse affirmat, (usus enim est verbo A ex dictis etiam colligendum esse vult. Nam cum dictum sit, semper effectum esse similem agenti, quod esse non potest, nisi ratione formæ, sitque certum, omne agens naturale eniti, ut sibi assimilet id quod patitur; satis habent formæ agentium, ut sint exemplaria eorum quæ efficiunt.

^f Perspicuum igitur est.

EX eo quod dixerat, causas mo-
uentes tempore præcedere sua
effecta, formales autem tum primùm
esse, cum primùm illa existunt; col-
ligit, ideas ad generationem rerum
non esse necessarias: nam neque aliis
agentibus, neque aliis formis opus
est, nisi singularibus: homo enim
prius existens, hominem posterius
existentem generat, non vniuersalis
vniuersalem, nec vniuersalis singu-
larēm, nec singularis vniuersalem,
sed singularis singularem, quod cer-
nimus in Sophronisco patre, & filio
Socrate, aliisque omnibus causis na-
turaliter eodemque modo
animam Socratis non prius experi-
mur esse, quam Socrates existat; ut
inanis & commentitia sit alia for-
malis causa Socratis ante existens,
quæ ad generationem Socratis con-
currat. Sed quia Plato de forma
exemplari, non de informante lo-
quebatur, cum ideas poneret; has
etiam separatas esse non esse necesse,

B **Q**uod si de vera forma exemplari,
quam agens imitetur, sit questio;
eadem illa qua agens agit, est excim-
plat eius quam inducere nititur in
materiam: semper enim agens simi-
le sibi effectum producit, qui aut
eiusdem nominis & rationis sit, aut
certè se modo aliquo imitetur, ut
paulo antea dictum est: id quod mul-
to etiam clarius est in operibus ar-
tis, ex quibus multa quasi venamur,
& intelligimus in operibus naturæ.
Non prius enim Polycletus, verbi
gratia, statuam effingit, quam animo
conceptam habeat statuæ figuram.
CNec medicus prius ægrotum curat,
quam sanitatis rationem mente co-
cipiat: nisi quod agentia naturalia
ipsa naturæ propensione ad sibi si-
milia procreanda impelluntur: qui
autem ex arte operantur, & omnino
mente aliquid efficiunt, sola electio-
ne voluntatis ad agendum propen-
dent.

Κεφάλαιον δ'.

Text. 19.

TA ἡ αἵπα καὶ αἱ δέχαι ἀλλα
ἀλλαγὴ εἰνίων, εἴτε δή εἰς τὸν αὐ-
τόνομον λέγη τις, καὶ καὶ ἀναλογίαν
τοῦ αὐτοῦ ταῦτων. ^b Διπορθόστε τῷ αὐ-
τοῖς, πάτερον ἔτερος, οὐδὲ αὐταῖς δέ-
χαι, καὶ σοιχεῖα τὰ στῶν, καὶ τὰ περι-
πολιτεύοντα ὄμοιώς. ἀλλ' ἀπότον, εἰ
τοῦ αὐτοῦ ταῦτων σκηνὴ τῶν αὐτῶν
γαρ εἶσι τὰ περιπολιτεύοντα, καὶ οὐδείς.

CAUSA vero & principia modo quo-
dam alia aliorum sunt: quodam
autem non sunt, si quis uniuersè loqua-
tur, & proportione eadem omnium esse
velit.

^a **Q**uare enim quis, num diuersa, an
eadem sint principia & elementa sub-
stantiarum, & eorum qua ad aliquid
sunt, aliorumque predicamentorum simi-
liter. Atqui ^c absurdum est, si eadem
sint omnium: constabunt enim ex eisdem
ca que sunt ad aliquid, & substantias:

R 3

πλὴν τετράδια; τοῦτο γὰρ τὸ πῦρ οὐσίαν, καὶ αἱ λόγιαι καὶ θεούρου μήδια, οὐδὲν εἶσαι τοινὸν τοφέρον ἢ τὸ σοιχέον, η̄ ὡν σοιχέον. αἱ λόγιαι μὲν οὐδὲν οὐσία σοιχέον τὸ τοφές π., δὲ τούτων οὐδὲν τῆς βούλης. εἴπερ τὰς ἀνάγκης τῶνταν εἶναι τὰ σοιχέα ταῦτα; οὐδὲν γὰρ οἶστρον εἶναι τὸ σοιχέον, ταῦτα τὸ σοιχέων συγχειμένω τὸ αὐτό. οἷον τὸ Βα, τὸ Βητα. οὐδὲν δῆλον τὸ νοητῶν σοιχέον εἶναι. οἷον γὰρ εἰν, η̄ τὸ ὄν. τοφέρης γὰρ ταῦτα έκάθιστα τῷ Κυθέτων. οὐδὲν αὖτα σοιχέα αὐτῶν, γάρ τοι οὐσία, οὐτε τοφές π., αἱ λόγιαι καὶ οὗτοι. τοῦτο εἴναι δέ τοι τῶνταν ταῦτα σοιχέα. η̄ ὥστε λέγομεν, εἴτε μήδια ὁτι, εἴτε διάλογοι. οἷον ἵστως τὸ αἰθήρων σωμάτων, οἷς μήδια εἰσὶ τὸ θερμὸν, καὶ αἱ λόγιαι τέσσαρον τὸ ψυχόν, η̄ σέρηπτος. η̄ ὑλη ἢ τὸ σώματος τῶντα πεπάρθη καθ' αὐτόν. οὐσίαν ἢ ταῦτα τε καὶ τὰ σκότων, ὡν αἱ δέχαι ταῦτα. η̄ εἴτε σκότος μορφή καὶ ψυχής γίνεται εὐνοῖον, σάρξ, η̄ οὐσίας ἔτερον αἱ λόγιαι σκέπτων εἶναι τὸ φυρόδιμον. τούτων μήδια οὐδὲν ταῦτα σοιχέα καὶ δέχαι, αἱ λόγιαι δὲ αἱ λόγιαι. τῶνταν ἢ οὐτῶν μήδια εἰστεῖν, τοῦτο εἴτε τὸ αἰθαλόγυρον δέ. ὥστε εἴτις εἴποι, οὐδὲχαι εἰσι τοῖς, τὸ εἰσὶ ταῦτα, καὶ η̄ σέρηπτος, καὶ η̄ ὑλη. αἱ λόγιαι τούτων εἴκασον, ἔτερον τοῖς εἴκασον γένος εἴσιν· οἷον τὸ χρώματος λόγον, μέλαν, πτοφάνεια φῶς, σκότος, αἱ λόγιαι τὸ τούτων ημέρεια καὶ νύξ. εἴπερ ἡ σὺ μόνον τὰ σκότων τοφέρης αἱ λόγιαι καὶ τῶν σκότων, οἷον τὸ κίνησις, σῆματος ὅπερ ἔτερον δέχαι καὶ σοιχέον. αἱ λόγιαι δὲ αἱ μέρη καὶ εἰς ταῦτα διαιρεῖται η̄ δέχαι. τὸ δὲ οἷς κινήσιν η̄ ισῶν, δέχαι πις καὶ οὐσία. οὗτοι σοιχέα μήδια κατὰ αἰθαλόγυρον, τείχα αἱ λόγιαι η̄ καὶ δέχαι, τεσσαρες αἱ λόγιαι δὲ

Text. 20.

Text. 21.

Text. 22.

Text. 22.

A Quid igitur hoc erit? nam preter substantiam, & alia qua prædicantur, nihil commune est: elementum autem prius est iis quorum est elementum. Sed neque substantia elementum est eorum quia sunt ad aliquid, neque horum quicquam ipsius substantie.

^a Præterea quonam pœsto fieri potest, Text. 20. ut eadem sine omnium elementis nullum enim elementum idem esse potest atque id quod ex elementis constat, ut A, aut B. id quod A.B. Neque igitur ullum ex Text. 21. intelligentibus elementum est, ut ens aut unum: insunt enim hac in singulis compoñi. Quod si ita est, nullum eorum erit aut substantia aut ad aliquid: at necesse est. Ita si ut non sint omnium eadem elementa.

^b An (ut diximus) modo quodā sunt, Text. 22. modo alio non sunt? veluti foras corporum sensibilium calor est, ut forma, & alio modo frigus, priuatio; materia vero, id quod primum per se potestate est hec ipsa. Substantia autem sunt & hac, & qua ex his constant, quorum hec sunt principia, aut si quid ex calido & frigido unum sit, ut caro aut os, diversum enim ab illis sit id quod sit, necesse est. Atque horum quidem hec principia sunt, alia vero aliorum. Omnim autem hoc modo eadem principia dicere non licet; proportione autem licet, ut si quis dicat, tria esse principia, formam, priuationem, & materiam. Sed tamen horum quodque in uno quoque genere diversum est, ut in colore album, & nigrum, superficies; lumen, senebra, aëre; ex his autem dies, & nox existunt.

^c Cum autem non ea tantum que in- Text. 23. sunt, causa sint, sed etiam quae sunt extra, ut id quod mouet; perspicuum est, aliud esse principium, aliud elementum, & virumque causam esse, & in hac principium dividit; idque quod mouet aut motum cohibet, principium quoddam esse ac substantiam. Itaque principia quidem proportione sunt tria; causa vero & principia quatuor, sed aliud principium in

εἰ ἀλλων καὶ τὸ πεῖσμαν αἴτιον, ὡς καὶ
νουῶ, ἀλλο ἀλλων. υγίεια, νόσος Θ., σῶ-
μα· τὸ κινοῦ, ιατρεκή εἰδος, αἴτι-
ον τοιαδί, τοιάδι· τὸ κινοῦ, οἰκο-
δομική. καὶ δὴ σὺ σὺς ταῦτα διαφέρεται
η δέχῃ. ἐπει τὸ κινοῦ, τὸ μὴ
τοῖς Φυσικοῖς αὐθεντῷ, εἰ τὸ τοῖς
τοῦ Διαφορᾶς τὸ εἰδος τὸ ἀνθρώπον,
τούτον πιὰ τείχα αἴτια αὐτοῖς, καὶ δὲ
τετέλεσα. υγέια γαρ πιᾶς η ιατρεκή.
καὶ οἰκίας εἰδος, η οἰκοδομική. καὶ B
αὐθεντῷ αὐθεντῶν γίνεται. ἔτι
τοῦτο ταῦτα, ὡς τὸ πεῖσμαν τάνταν κι-
νουῶ τοιάδι.

A alio est, primāque causa que mouens est,
alia etiam est in alio. Sanitas, morbus,
corpus; id quod mouet Medendi ars:for-
ma, inordinatio talis, lateres; id quod mo-
uet Edificandi facultas; atque in hac
principiū dividitur.

⁸ Quoniam verò mouens in materia- Text. 24.
libus quidem homo est mouens, in iis au-
tem que à mente sunt, forma aut conser-
vrium; modo quodam tres erant causæ;
alio verò quatuor: sanitas enim quodam-
modo ars medendi est; & forma domus
ars edificandi; & homo etiam hominem
generat. His accedit id quod est pri-
mum omnium, mouensque omnia.

EXPLANATIO CAPITIS QUARTI.

^a Causa verò & principia.

V Bi ea repetiuit atque adiecit quæ ad materiæ ac formæ explicatio-
nem maiorēaque cognitionem pertinebant, eo quod sint interna
principia substantiarum mobilium; tertiumque principium quod
est priuatio, uno tantum aut altero verbo tetigisset, quod ni-
hil in eo entitatis naturæve inuenitur; eam quæstionem fusiūs & accura-
tiūs discutit in his duobus capitibus, quælibet libro tertio, & vndecimo pro-
posuerat, atque utcunq; tractauerat, sint ne causæ ac principia rerum o-
mnium, eadem, an diuersa. Ita tamen eam pertractat, vt in ipso statim
initio afferat quid generatim in ea sentiendum sit: Deinde more solito rem
ipsam in dubium vertat, eaque præstet in progressu, quæ ad veritatem eli-
ciendam videntur opportuna. Ait igitur, causas & principia, si quid uni-
uersè dicendum est, modo quodam alia aliorum esse, modo alio non esse;
sed eadem; tametsi non eadem simpliciter, sed proportione quadam, seu
imperfecta similitudine in eis retenta.

^b Querat enim quis.

Proponit quæstionem ipsam ex-
plicatiūs, nempe in generibus
omnium prædicamentorum, ex qui-
bus speciatim nominat genus sub-
stantiarum, & eorum quæ sunt ad
aliquid, quod sint quasi extrema
quoad esse: nam substantiæ sunt per
se ipsæ; absoluta verò accidentia sunt
per substantias quas afficiunt, neque
ad aliud referunt: at ea quæ ad ali-

quid dicuntur, et si substantias affi-
ciunt, vt absoluta accidentia, tamen
hoc proprium habent, vt ad aliud
referant. Loquitur autem in ea pro-
ponenda de principiis tantum inter-
ternis, quæ vocat elementa, quia
post loqueretur de externis.

^c Atqui absurdum est.

Q Vnde non sint omnium eadem
principia interna seu elemēta,
dua

duabus rationibus probat, quarum prior est: Quia si cadé sint omnium remotissima etiam genera, ut substantiarum, & eorum quæ sunt ad aliquid, ex eisdem elementis constabunt, quod fieri non potest. Oporteret enim, ut essent aut præter omnia prædicamenta, aut in eorum aliquo: at nihil est præter illa omnia, quod non solum omnibus communè sit, sed etiam prius, cùm tamen elementum prius esse debeat iis, quorum est elementum. Ut autem sint omnia in genere substantiæ, ea ratione fieri nequit: quia nec substantia, verbi causa, potest esse elementum eorum quæ sunt ad aliquid, neque id quod est ad aliquid, substantiarum.

¶ Præterea quoniam pæcto.

Secunda ratio est: Quia nullum elementum est idem cùm eo quod ex elementis constat, vt patet in A & B, quæ sunt elementa huius syllabæ BA. alioqui idem esset sui ipsius causa. Quod cùm pateat in elementis, quæ reali compositione constituunt, quæque dici possunt realia; verum quoque esse ait in iis quæ constituunt compositione intelligibili, quæ quidem vocat elementa intelligibilia, qualia sunt genera in compositione specierū, & species in compositione individuorum. Nam neque ista sunt omnino idem, atque ea quæ constituunt; species enim differentiæ specificæ additione excedit suum genus, & individuum eam speciem, sub qua est additione differentiæ individuantis. Quo fit vt non rectè dixerit Plato, ens & vnum esse principia rerū omnium, cùm enti & vni nihil addi possit ad compositionem illius rei. Nihil enim addi potest enti, vt cum eo aliquod ens particulare componat; esset enim illud non ens, sicutque ali-

A quod ens ex ente & non ente compонeretur. Eodemque modo nihil addi potest vni ad compositionem huius aut illius vnius; esset enim illud non vnum, sicutque vnum ex uno & non uno constaret: quæ cùm fieri nequeant (quicquid enim vnuquam est, & ens & vnum est) aperte cluditur, ens & vnum, quæ insunt per identitatem in quoquis ente & uno (sic enim intelligenda sunt verba illa [insunt enim hæc in singulis cōpositis] idem omnino esse atque illud. Quæ omnia valde congruunt cum eo quod diximus ad librum 4. nempe ens immediate significare entia omnia, sive simplicia sive cōposita; quod idem dicendum est de uno. Cùm igitur nullum elementum (ne intelligibile quidem) idem sit cum eo quod ex elementis constat, rectè colligit Aristoteles, si eadem C essent elemēta rerum omnium, substantiarum nimirum & accidētiū, fore vt ea neque essent substantiæ, neque accidentia, quod fieri nullo modo potest, cùm quicquid est, aut substantia sit aut accidens.

¶ An. vii diximus.

Respondet propositæ quæstioni, simûlque soluit argumēta proposita, quatenus veritati aduersari vtcunque possint. Cùm autem initio quæstionis duobus modis dixisset, eadem esse omnium principia; uno, si vniuersè de principiis sit sermo, non de principiis huius generis rerum aut illius: altero, si diuersorum generum principia dicantur eadem: non vniuocè, sed proportione quadā & similitudine imperfecta, quod dicitur analogiè. Nunc ostendit, diuersorum generum principia, diuersorum generum esse eadem proportione; ostensurus postea, esse eadem vniuersè accepera. Ait igitur, si propria querantur cuiusque generis prin-

principia, non esse illa quidem ea-A idemque exemplari, quam non putat distingui à formalī, quæ est in agente, ut dictum paulo antè est. Distincto igitur principio & causa ab elemento, ut elementa sint tria, materia, forma, & priuatio; causæ autem & principia quatuor, addita tribus iam dictis efficiente causa & principio, quod principium & causa latius pateant, quam elementum; idem dicendum esse ait de efficiente proprio & peculiari, ut non idem sit in diuersis generibus, sed proportione idem. Exemplo sunt artifices sanitatis & edificij, qui cum non sint omnino iidem, proportione tamen quadam iidem dici possunt.

** Quoniam vero mouens.*

Reuocat quatuor dicta principia & causas ad tria, computatis nimirum pro vno principio & causa, forma & efficiente, quia etsi re differunt, ratione tamen aliqua (formalitas nimirum aut eminenter) conueniunt; sive id spectemus in operibus naturæ, ut in generatione hominis ab homine, & muris à sole; sive in operibus artis & omnino mentis: exemplar enim rei ex arte facienda, & idolum contra artis dogmata conceptum, eiusdem quodammodo rationis sunt, atque forma per artem inducta; nisi quod hæc est forma cum materia, illa vero sunt formæ sine materia, ut saepe ait Aristoteles, ac proinde nobilioris naturæ, sed quæ virtute contineant formas, quæ in materia inducuntur.

** His accedit id quod.*

Dicit his verbis, etsi huiusmodi principia & causæ diuersa sunt, in particulari tamen vnam numero efficientem causam & principium, quod omnia moueat, concedendum esse, ad quod cetera principia & causæ reuocentur, quod ipse capite sequenti inuestigare incipiet.

QVIA non erat loquutus de principiis externis sed de internis, quæ peculiari nomine elementa vocaret (tametsi priuatio non sit internum per se, sed per accidens, utpote ratione materiæ priuatæ) addit hoc loco ex causis externis efficientem, prætermissa finali, quæ non est principium, nisi intentione efficientis,

In Met. Arist. Fonsecæ Comin.

S.

Κεφάλαιον Ε.

C A P V T V.

Text. 2 §.

Επεὶ δὲ ἐστὶ τὰ μὲν χωριστά, τὰ
δὲ σὺ χωριστά, οὐσίας σκέψην. καὶ
τούτο τοῦτο πάνταν αἴπα ταῦτα, ὅτι τὸ
οὐσιῶν αὐτὸν, σόκον ἐστὶ τὸ πάθη καὶ αἱ
κινήσεις. ἔστιτα ἕπει ταῦτα ψυχὴ^{τὸν}
ἴσως καὶ σῶμα, ήγενεῖς, καὶ ὄρεξις, καὶ
πάθη.

Text. 26.

λογον δέχαται αἱ αὐταὶ οἵοις σύνεργεται
καὶ σμικραῖς· αἰλλὰ καὶ ταῦται αἴλλα
τε αἴλλοις, καὶ αἴλλως. εὐ ἐνίσις μὲν γὰρ
ἡ αὐτός, ὅτε μὲν σύνεργεται ἐστιν, ὅτε γέ
σμικράμεν οἷον, οὐν Θρ., ηγαρξ, ηγα-
θρωπ Θρ., πίπλει ἢ καὶ ταῦται εἰς τὸ
εὐρυμήνα αἴπα. σύνεργεται μὲν γὰρ τὸ εἰ-
δι Θρ., εὖν, ητὸ χωριστὸν, πάνη τὸ ἔξι αἴμα-
Φοῖν στέρησις ἢ, οἵον σκότος Θρ. η κά-
μνον σμικράμεν ἢ ηὕλη. τέτο γάρ ἐστι
τὸ σμικράμυρον γέγνεσθαι αἴμφω. αἴλ-
λως ἢ σύνεργεται καὶ σμικράμεν ταῦτα Φέ-
ρει, ἀν μην ἐστιν η αὐτῇ ὑλη. ἀν τούτῳ ἐστι
τὸ αὐτὸν εἶδος Θρ., αἴλλα ἔτερον ἄστρος αὐ-
θρωπών αἴπιον τί τε σοιχεῖα, τῷ γάρ καὶ
γῆ, ως ὑλη· τὸ αἴτιον εἶδος θεῶν καὶ εἴ π
αἴλλο ἔξι, οἵον ὁ ταῦτηρ καὶ ταῦτα ταῦται

Text. 27.

τε ὁ ἥλιος, οὐ καὶ ὁ λοιξὸς κυκλός, ὃ τε
ὑλη ὄντα φέρει οὐδέποτε, ὃ τε σέργοσις, ὃ τε
όμοειδεῖς, ἀλλὰ κινουώμενοι. ἐπὶ γέρονταν
δῆμον, ὅπει ταῦτα μὲν καθόλας ἔστιν εἰπεῖν,
τὰ δὲ οὐ. πάντων δῆμοι περῶται δέχονται,
τὸ σφεργύεια περῶτην, τὸ εἶδος, καὶ ἀλλο
τὸ ὄφελον. σκένεια μὲν γάρ τα καθό-
λας σύντονα ἔστιν. δέχονται γάρ τὸ καθ' ἕκαστον,
τὸ καθ' ἕκαστον. αὐθιώπης Θεοπότερος μὲν γάρ αὐ-
θιώπης καθόλας, ἀλλ' σύντονα ἔστιν οὐδεῖται,
ἀλλὰ Πηλαδίς Αἴγιλλέως· σύνδειον δέ, οὐ
πατήρ· καὶ τοδὶ τὸ βῆμα, ταῦτη τοῦ

CVM autem alia separabilia sunt, *Text. 25.*
alia separari nequeant; illa sub-
stantia sunt. Quo fit ut hac omnium
sunt causa, quod sine substantiis passiones
mortalesque non excent. Deinde erunt hac
formassis anima, & corpus, aut mens, &
appetitus ac corpus.

^b *Alio etiam modo principia sunt Text. 2.6.*

proportione eadem, ut actus & potentia. Verum hoc & alia sunt in aliis, & modo alio. Nam in quibusdam res eadē nunc quidem actu est, nunc vero potentia; ut vinum, aut caro, aut homo. Sed & hac in predictis causas incidentur. Forma enim actus est, si separari potest, & id quod ex vitroque constat. Privalio autem est ut tenebra, aut egrorans; materia verè est potestate; hoc enim est quod verumque fieri potest. Sed & alio modo differunt esse actu, & potestate, ea res quarum non est eadem materia, & quarum non eadem est forma, sed diversa; qua ratione hominis causa ut materia sunt elemenata ignis & terra, formaque propria, nisi quid aliud extra est, ut pater, & pater hec Sol & obliquus circulus, qua nec materia sunt, nec forma, nec privatio, neque eiusdem specie, sed mouentia.

⁴ Præterea videre oportet, ex his alia Text. 27.

*uniuersalia esse, alia non ictem. Omnia
igitur prima principia sunt id quod actu
primum est hoc: & aliud, quod potentia.
Aique ea quidem quae uniuersalia sunt,
non extant; id enim quod singulare est,
singularium principium est; quandoqui-
dem hominis uniuersalis homo est prin-
cipium. Atqui nemo sic omnino extat,
sed Peleus Achillis principium est; tuis
autem, pater; & hoc B huius B A; omni-
no autem B eius quod simpliciter B A;*

Grec est
inspiratus, sed
versus inter-
res & Ar-
yopyleus le-
onis aliter.
Aliter eti-
am.

Alder & -
Dell.

Alder & -
Dell.

ଶ୍ରୀମଦ୍ଭଗବତ

Ἐπειτα εἰδη τὰ τρόπων ἄλλα ἢ ἄλλα
λων αἴτια καὶ τοιχεῖα, ὡς τοῦτο ἐλέχθη, τοῦ
μὴ ἐν Καιταὶ γῆρας, γεωμάτων, ψύφων,
χρυσῶν, τοσούτη^θ Θεοῦ πολὺ τῷ ἀνάλο-
γου, καὶ τὸν τοῦ αὐτοῦ εἶδε ἐτεροῦ, σόκε
εἶδε αὖτε ὅπερ ἡ τοῦ καθ' ἔκαστον ἄλλο,
ἥτε σὴ ὑλὴ καὶ τὸν Θεοῦ, καὶ τὸ κινητόν,
καὶ τὸ εἶδε^θ Καὶ οὐκ ἡ ἐμηγή τοῦ καθόλε
ἢ λόγω^θ τοῦ αὐτοῦ. τὸ δὲ ζητεῖν, Ήγες
δέχαι καὶ τοιχεῖα τὸν οὐσιῶν, καὶ πολέ-
μον, καὶ πόλεμον, πότερον αἱ αἰνίαι, ηὔτε β-
ραχοί, σῆματα ὅπερ πολλαχῶς τε λεγο-
μένων εἰσὶν ἐκάστου, πλαισιέντων δὲ καὶ
ταῦτα, ἄλλα ἐτεροῦ πολὺς καὶ πολά-
γον, ὅπερ ὑλη, εἶδε^θ, στρησίς, τὸ κι-
νητόν. καὶ αὖτε τὰ τρόπων αἴτια, ὡς
αἴτια πάντων, ὅπερ ἀναρρέπεται ἀνα-
ρουμένων. επι τὸ πέπτον, σύτελε χεία.
ἄλλη δὲ ἐτεροῦ περῶτα δοῦτα τὰ θνατία,
οὐ μήτε ὡς γῆρας λέγεται, μήτε πολλα-
χῶς λέγεται. καὶ εἴ τι αἱ ύλαι, τίνες
μὲν οὖν δέχαι τῶν αἰθητῶν, καὶ πό-
στας καὶ πῶς αἱ αἰτίαι, καὶ πῶς ἐτε-
ροῦ, εἴρηται.

Deinde iam qua sunt substantiarum. Sed alia sunt aliorum causa ac principia, ut dictum est eorum qua non sunt in eodem genere, colorum, sonorum, substantiarum, quantitatis, nisi proportione; corum etiam qua sunt in eadem specie, diversa sunt, non specie; sed quod se aliud ea que singularium est, hoc, inquam, sua materia, & forma, & mouens, aique mea; uniuersali autem ratione, eadem.

[¶] Cū ergo quaeritur quanam principia & elementia sint substantiarū, & eorum quae sunt ad aliquid, & qualium, utrum eadem, an diuersa; perspicuum est, eorum si uniuersè dicatur, eadem cuiusque esse; sin autem dividantur, non esse eadem diuersa. Quamquam & hoc modo sunt eadem omnium; & proportionē, quod sine materia, forma, priuatio, & mouens: & quod substantiarum causa, ac principia sunt veluti omnium rerum principia, cum eis sublatim casera tollantur. Adde quod primum est, actu esse. Alio vero modo diuersa sunt prima contraria: que quidem neque ut genera, neque uniuersa dicuntur. Et insuper materia ipsa. Quæ nam igitur & quot sint sensibilium principia, & quo pacto eadem sint, ac diuersa, dictum est.

EXPLANATIO CAPITIS QVINTI.

² Ciam autem alia sint.

ADit in hoc capite modum alium quo principia rerum omnium eadem proportione dici possunt. Tum adiungit quoniam pacto vniuersali ratione dicantur eadem, qui modus alter erat eorum; quibus illa initio questionis modo aliquo eadem appellari posse dicebantur. Sed antequam haec præstet, reuocat principia omnia, & causas accidentium, ad principia & causas substantiatum, quemadmodum proximis verbis reuocauerat causas omnes ad unum numero principium effectorum, quod omnia mouet. **Quo sit ut non recte hæc pars contextus diuulsa sit à capite superiori, & huic capiti adiuncta.** Ratio vero huius reuocationis est, quia accidentia (quæ vocat entia inseparabilia, eo quod sine substantiis existere non possunt) pendent à substantiis, quas vocat entia separabilia, quia sub aliis arque aliis accidentibus coherent: quicquid

autem ab aliquo penderet, à principiis quoque & causis eius pendeat, necesse est. Neque hac reuocatione contentus Aristoteles (vt est reuocationis studiosus) reuocat ulterius principia & causas substantiarum ad prima quædam in eo genere, quæ ait forsitan esse animam & corpus: quibus nominibus intelligit formā primi mobilis, si verè & propriè putat esse animatum. Addit autem, aut mens, & appetitus, ac corpus, quia fortasse non credit esse verè ac propriè animatum, sed aggregatum quiddam ex primo orbe mobili & intelligentia motrice. Quod si existimat esse verè animatum anima intellectiva, quæ mens quoque dicitur, quatenus in suo esse à corpore non pendet, & habet appetitum, qui intellectum sequitur, & vim etiam motiuam, quæ nulli rei cognoscenti negari potest: ea ratione opposuit mentem animæ; quia non defuerunt Philosophi, qui dicerent, cælestes orbes, aut saltem astra omnia, vegetatiuam habere animam, cuius facultate elementorum mistorūmque halitu pascantur.

^b *Alio etiam modo.*

Hic iam ponit modum alterum, quo principia & causæ rerum omnium dici possunt eadē proportione seu comparatione quadam, quatenus nimirum in omnibus rerum generibus datur actus & potentia, aut certè actus tantum, aut sola potentia. Namque actus & potentia, vt ait, in prædictas causas & principia cadunt, nempe in formam, priuationem, materiam, & efficiens, quatenus hæc ipsa comprehendunt; forma enim, priuatio, & efficiens ad actum reuocantur, materia vero ad potentiam. Ait igitur, actum & potentiam non solum esse alia in aliis generibus, sed etiam modo alio; in quodam genere, nempe rerum corruptibilium: alio vero in alio genere, incorruptibile videlicet. Quod autem alio & alio modo in his duabus generibus inueniantur, ea ratione ostendit, quia in rebus quæ dignuntur & intereunt, reperit ea vicissitudo actus & potentie, vt aliquando sint potentia, aliquando actu, vt vinum & alia huiusmodi. Quæ vicissitudo in rebus quæ non dignuntur, nec intereunt, sed semper sunt, quod ad earum esse attinet, non reperitur, sed tantum quod attinet ad earum motus & operatio-

Benes, quæ modò sunt, modò nō sunt.

Quod cum docuit, ostendit quo pacto forma, priuatio, & materia reducantur ad actum & potentiam, quod in contextu perspicuum est: nisi quod ait formam esse actum, si ipsa sit separabilis, hoc est, abiici possit, vt habeat priuationem oppositam: quod quidem addit, vt excludat formas corporum incorruptibilium, de quibus non loquitur in hac parte contextus: eorum

Cenim formæ nunquam esse desinunt, sed semper sunt actu, & nunquam fuerunt in potentia passiva; quod propriè est esse in potentia; tametsi fuerunt in virtute seu actiua potentia primi agentis, antequam essent, ac proinde modo aliquo in potentia, quod tamen non nouit Aristoteles. Itaque non reuocat in hac particula contextus formas cælestium corporum ad actum, quemadmodum nec formas per se subsistentes, quia loquitur adhuc de iis rebus, in quibus est vicissitudo actus

D& potentie, quod ad earum esse attinet. Qua etiam ratione videtur non reuocasse ad actum causas efficientes, quia in generalibus ac precipuis causis efficientibus, quæ sunt cæli & intelligentie, non datur, quoad earū esse, vicissitudo actus & potestie.

Quod

Quod autem ad verba attinet, si A incorruptibilem, quorum generum loco illorum verborum [εἰνὶ τὸ χωρίσθι] hoc est [separari potest] legendum est [εἰνὶ τὸ ἀχωρίστον] id est { si separari non potest] sensus erit, si ratione separari nequit, ut excludantur formæ non naturales, ut ideæ, quæ Platonis sententia & re & ratione erant separabiles. Omnis enim forma naturalis, etiam si possit per se existere, ut potest sola forma hominis, includit in sua ratione materiam, à qua pendet, si non in essendo, certè in informando. Itaque si hoc pacto conuertendus sit contextus, sensus totius membra erit, formam esse actum naturalem, & physicum, si ratione à materia separari non possit; quod si possit, iam non erit actus physicus, cuiusmodi actus non sunt substantiaz separatae. Suspicer autem sic corrigi posse, quia τὰ χωρίσα apud Aristotelem dici nō solent formæ quæ abiici possunt, sed substantiaz quæ separari possunt, vel à materia vel successivè ab accidentibus. Ac credibile est librariorū vicio detractam esse à verbo ἀχωρίστον, priuatiuam particulam (quod facillimum fuit) quemadmodum post pauca verba, adiecta est verbo ἵσθι, pro quo in multis codicibus positum est ἵσθι, quo verbo æternitas formæ significatur: quam lectionem omnes interpretes reiiciunt, præter unum Perionium. Non ausi sumus tamen contextum corrigerem, quod omnes interpretes quos viderim, legant τὰ χωρίστον.

^c Sed & alio modo.

P Ersequitur alterum membrum, quod priùs propositum erat, cum dixit, actum & potentiam esse alia in aliis, hoc est, in alio atque alio genere: quod ostendit dictum esse de duobus primis generibus rerum naturalium, nempe corruptibilem &

B ^C B (quod supplendum est) in rebus incorruptilibus alia ratio est; nam ut mitantur substanzæ separatae, & anima rationis particeps, quæ materia & forma non constant, certè materia & forma cælestium corporum longè diuersa principia sunt à materia & forma corruptibiliū, nec quoad eorum esse vlla est in eis priuatio, quæ formis sit contraria, cum eorum materia semper eandem formam retineat, neque aliam possit accipere. Nec verò vllum ibi datur mouens corruptioni obnoxium, ut interim mittamus, quid Aristoteles senserit de eorum efficientia à prima omnium rerum causa. Sunt igitur in his duobus primis rerum naturalium generibus diuersa valde principia actus & potentiaz. præter id quod dictum est de vicissitudine actus & potentiaz in corruptilibus, quæ non cernitur in incorruptilibus.

^D * Preterea videre oportet.

H Actenus docuit, propria principia diuersorum generum, et si diuersa sunt simpliciter inter se, posse tamen dici eadem proportione quadam imperfectâ similitudine: nunc ostendit, posse quoque dici eadem vniuersali ratione; id quod explicat in actu & potentia, quæ sunt omnium maximè vniuersalia, quia in omnibus rebus aut vtrum-

S ; que

que aut alterum cernuntur, etiam in puro actu. & pura potentia. Ait ergo cùm principiorum alia sint vniuersalia, vt homo generans in communione sumptus; alia particularia, vt hic homo generans, veluti Peleus qui Achillem genuit; aut vt elementa A, & B, communiter accepta ad compositionem syllabæ B A communiter etiam sumptæ; & hoc A & hoc B ad compositionem huius particularis syllabæ B A. Tunc principia omnia posse dici eadem vniuersali ratione, cùm non de his aut illis agitur, sed in tota eorum communitate, non ita tamen ut credamus aliquid commune per se existens esse actum vel potentiam, vel efficientem causam vel formam, vel materiam, &c. nihil enim tale est in rerum natura, sed sola singulatia principia, que nadinmodum & sola singulatia principiata seu effecta; sed quia effectis generali ratione consideratis causæ & principia respondent, non singulati sed communi seu vniuersali ratione sumpta. Hoc enim pacto omnia omnium rerum principia & causæ conueniunt in eadem vniuersali ratione causæ aut principij, siue sumatur actus in communione siue potentia in commune, siue quodvis aliud genus principij aut causæ, siue solum principium, causâve, aut elementum in commune. Neque obiicias rationes has generales non esse vniucas, sed analogicas, ac proinde non alio modo hoc loco dici principia rerum omnia esse quodammodo eadem, quam hactenus dictum sit esse proportione eadem; præfertim cùm id est Analogia atque Proportio. Hactenus enim suinebantur principia ut propria cuiusque generis (namque etiam sic erant proportione eadem) hoc autem loco iam non sumuntur ut propria, sed ut conue-

niunt in rationibus generalibus, in quibus etiam dicuntur eadem, tametsi confuso quodam, & minimè distincto conceptu, ut de ente lib. 4. diximus.

* Deinde iam quæ sunt substantiarum.

CVM initio huius capituli reduxit principia aliorum generum ad principia substantiarum; docet hoc loco aut potius innuit, illa ipsa substantiarum principia posse etiam dici rerum omnium principia vniuersali ratione: id quod verum est, si non ratione vniuersali quoad prædicationem, (neque enim aut substantiæ de accidentibus; aut eorum principia de principiis accidentium dicuntur) certè vniuersali quoad causandi & principiandi rationem: quo pacto ratio principiorum substantiæ, erit quodammodo ratio principiorum accidentium, eo videlicet modo quo ratio causæ modo aliquo continet rationem suorum effectorum. Sunt igitur verba illa [Deinde iam quæ sunt substantiarum] hunc in modum intelligenda, ac si diceret Aristoteles. Deinde ea etiam quæ substantiarum principia sunt, possunt vniuersali ratione dici omnium rerum principia, quia eorum ratio est quodammodo ratio principiorum accidentium quæ ab illis pendit. Quod Aristoteles cùm insinuavit, regreditur verbis illis [sed alia sunt aliorum] ad explicandam magis diuersitatem simpliciter eorum principiorum quæ pertinent non solum ad diuersa genera, sed etiam ad diuersas species, & individua, simûlque qualecumque eorum identitatem in rationibus eorum vniuersalibus, ut materiae huius & illius individui in ratione communione materiae, & formæ huius & illius in communione formæ: quæ communiras etsi aliquando est

vniuersalibus

vniuoca, si principia sumantur quatenus reuocantur ad propinquiora genera, tamen semper est analoga cum reuocantur ad prima & communissima.

Cum ergo queritur.

Colligit in summario ea quæ insoluenda proposita quæstione dixerat. Summa verò est; Primum quidem eadem esse principia rerum omnium, si principia vniuersè dicantur, id est, si sumantur in commune, & sub communi ratione considerentur: quæ tamen ratio necessariò est imperfecta & confusa, vt diximus, si sub tanta communitate sumantur, vt ratio iam non sit vniuoca. Quo loco verbum *τολλαχός*, quod Latinè est [multipliciter] seu [multis modis] sumitur pro *ταξιδίῳ*, id est, vniuersè, quod & Græcè & Latinè non vniuocis modo sed etiam analogis accommodari solet. Hunc enim sensum ratio postulat, & Alexander ac Themistius volunt. Deinde si principia diuidantur in particularia principia, diuersa illa quidem esse simpliciter & absolute, sed tamè duobus modis posse dici eadem, uno, proportione seu comparatione quadam, qua diximus vt se habent forma substantialis, eiusque priuatione ad materiam primam; ita quodammodo se habere formam accidentalem, & eius priuationem ad materiam secundam; & eodem modo in efficiente; quæ analogia, dici solet analogia proportionis. Altero, attributione, qua dicimus, vt principia quantitatū oriuntur ex principiis substantiarum, ita quodammodo oriri ab eisdem principia qualitatum, & ita in cæteris accidentibus; quæ dicitur analogia attributionis; qua ratione principia substantiaz, sunt quodammodo omnium rerum principia; ex qua re factum est vt

A Philosophi qui rerū omnium principia inuestigabant, satis se facturos existimarent, si substantiarum inuenirent. Tertiò, si queratur quidnam si: primum simpliciter in causando, seu, vt sic dicam, in principiando: respondendum esse, id esse primum simpliciter, quod primum est actu. Ratio verò est, quia actus est simpliciter prior potentia, vt in 9. libro ostensum est: Sic dicimus singularia esse simpliciter prima in causando & principiando, tum quia vniuersalia non sunt principia, nisi per sua singularia, vt proximè explicatum erat: tum etiam quia etiā vniuersalia sunt priora singularibus accurata cognitione, tamen singularia sunt priora vniuersalibus, perfectione & existentia: unde & singulares substantiaz, si completæ sint, primæ substantiaz dicuntur. Sic etiam dicendum est, primum efficiens esse primum omnium principium: tum quia est primum actu, ut pote à quo pendent omnia; tum etiam quia est primus actus, nempe actus purus, vt inferius patebit. Postremò si queratur quænam ex his omnibus magis diuersa sint principia, dicendum, esse formam & priuationem, materialisque ipsas corruptibilium scilicet & incorruptibilium esse omnium dissimillimas: alio tamen modo formam & priuationem, quæ dicuntur prima contraria, nec sunt vera genera, nec vera vniuersalia, cùm priuatione non sit ens: alio verò materialium & incorruptibilium, quia vel utraque est pura potentia, vt rei veritas habet, vel altera tantum, vt quidam volunt; pura autem potentia nullius similitudinis (quæ tota est à forma) causa esse potest, si propriè loquèdum est. Quo loco recte Alexander ait, verbum *ἴσαι*, vacare; quia de causa illud interpretati non sumus. Verbum quoque *τολλαχός*, quem

quemadmodum paulo superius, pro A principia rerum sensibilium seu materialium sumitur: nisi cui placeat D. Thomae expositio, qui distinctionem, multipliciter, quæ Græco ad verbum respondet, pro, æquiuocè, sumit, ut sensus sit, formam & priuationem diversa esse, sed non æquiuocè, quia quandam habent inter se analogiam. Nobis tamen magis placet, ut idem verbum modo eodem in utroque loco sumatur, præsertim cum in hoc posteriori nollet attingat de formæ & priuationis convenientia, sed de earum diuersitate, loqui. Atque hoc pacto satis obscurus locus videatur intelligendus.

⁸ Quænam igitur.

P Lanè ait Aristoteles se hactenus tradidisse, quænam & quot sint

B principia rerum sensibilium seu materialium, ut transeat ad res intelligibles & immobiles. Quo fit ut corporum etiam cælestium tradiderit principia; quod tamen intelligentum est in genere. Nam & in cælis, tum hoc loco, tum libro nono, confessus est esse materiam quæcunque illa sit, ages etiam siue mouens quod ubi datur, necesse est dari formam aliquam, quæ motu acquiratur, & eius priuatio, quæ abiicitur. Num autem in eo sit materia prima formaque substantialis; non in sequentibus discutiendum superest, ut quidam videntur velle: est enim impertinens ad tractationem de substantiis immobilibus, magisque speciali ad libros de cælo, ad nonumque & decimum huius operis.

Κεφάλαιον Σ'.

C CAPUT VI.

E περὶ διὸ ἡγαντοῖς οὐσίαι, σύν
εμῷ αἱ φυσικὴ μία ἐγένετο, τοῦτο
τοῦτο, ταῦτης λεκτέου, ὅπερ εὑρίσκηται
ἐν αὐτοῖς πάνται οὐσίαι, αἰκίνητον.
αἴ τε γὰρ οὐσίαι πάνται τῶν ὄντων
καὶ εἰ πάσαι φιλέται, ταῦτα
φιλέται. ἀλλ' αἰδημάτων κίνησιν. Η
γένεσις ἡ φιλέταις αἱ γὰρ λεῖψαν
χρόνον. Ως γὰρ οἰόν τε γένεται πάνται
πάνται εἶναι μή. οὗτοι χρόνοι, καὶ η
κίνησις αἴσθεται τῷ παντεχνῷ, ἀγάπη καὶ
οἱ χρόνοι. Η γὰρ τὸ αὐτό, η κίνησις τα
πάνται. κίνησις δὲ οἰόν ἔστι παντεχνός,
ἀλλ' η κατὰ τόπον καὶ ταῦτα η κί
νησις. αἰδημάτην εἰ ἔστι κινητικόν η πάνται
πάνται, μηδὲ περιχοῦσθαι πάνται, οὐκ εἴτι κίνη
σις ἐκδέχεται. γὰρ τὸ θεωρεῖται ἔχον
μηδὲ περιγένεται. οὐδὲν αἴσθεται φελτόν,
αἴτιον αὐτοῖς. ποιήσωμεν αἰδημάτους,
αἴτιον αὐτοῖς ταῦτη. εἰ μηδὲν οὐμάραμψη.

Text. 30.

Q uoniam vero tres erant substantiae, duas naturales, & una immobilia; ut ipse dicendum est; nempe necesse est, semper eternam aliquam substantialiam esse immobilem. Substantia enim sunt prima entia: quod si illa omnes sunt corruptibles, omnia corruptibilia sunt. At impossibile est motum aut oriri, aut interire; semper enim eras: eodemque modo tempus. Neque enim fieri potest ut prius & posterius existant, non existente tempore. Itaque motus perinde continuus est aequum tempus. Aut enim est idem quod motus, aut aliqua eius passio. Motus vero non est continuus praeter localem, cumque circularem.

Quin eiiamsi quid morum & ef
fectuum suū, nec tamen aliquid agat, mo
tus non erit: fieri enim potest; ut id siū & ef
fectum potentiam habet, non operetur. effectum:
Nulla ergo erit visibilitas, si substantia
eternas fecerint, quemadmodum
iū, qui ideas ponunt, nisi in rebus
prī-

Text, 11.

In Met. Arist. Fonseca Comm. Tom.

T

principium aliquod sit, quod mutare possit. Neque igitur illa satis erit, neque villa substantia ab ideis dieis fixa: si enim non operetur, motus non erit.

Necque etiam si operetur quidem, substantia vero eius potentia sit; neque enim motus erit sempiterminus; cum fieri possit, ut id quod potestate est, non exierit. Eiusmodi ergo principium sit oportet, cuius substantia sit actus.

Præterea, & has substantias necesse est
materia expertes esse, eterna enim sunt
3 oporet, si quid aliud sit aeternum;
sunt igitur actū, tamē si non absque dubitatione: videatur enim quicquid actū est, posse esse, non item quicquid esse potest, actū quoque esse: quo sit ut possit, rationis est, tamen sit prior. At si hoc est, nulla posse operari, res erunt. Euenire enim potest ut esse possit, nondum sit tamen. Immò vero si ita est ut Theologi dicunt, qui cuncti sunt, &c.
Ita ex non ente generant; sine viri Physici, qui res omnes simili fuisse assertunt, idem impossibile esset. Quo enim pacto mouebuntur, si nulla sit actū causa? Neque enim materia se ipsam mouebit, sed adificandi facultas; neque sanguis menstruus, aut terra, sed semina, & genitale semen.

Quocirca & nonnulli sunt, qui semper actu esse volunt, ut Leucippus & Plato: semper enim motum esse dicunt; sed cur & quis is sit, non exporrunt, neque hoc modo, nec causam addibent. modus nihil enim quouis modo mouetur, sed aliquid semper existat oporiet, ut nunc quidem natura hoc modo; vi autem aut a mente, aliave causa, illo modo. Deinde quisnam primus est motus? interest enim quam maxime quisnam sit. Nec vero dicere potest, quod interdum existimat, id quod se ipsum mouet, esse principium. Anima enim posterior est & simul, ut ipse ait, cum caelo orsa.

Credere igitur potestia actu esse priori. *Text. 32.*
re, partim recte habet, partim non recte.
Quo autem pacto id accidat, iā diximus.
Esse vero actū potestia priorem restans

Αναξαγόρεις (οὗτος οὐδὲ σύνεργος) καὶ Αναξαγόρας (mens enim actus est)
Εμπεδοκλῆς τις φίλος τοῦ νεύκος.
Ἐστι δὲ λέγοντες κίνησιν εἶναι, ὡς τὸ¹
λόγικό πάθος. ἡδὲ τὸν λόγον αὐτούς
χρόνον χάρακαν νῦν, ἀλλὰ τὸν αὐτὸν αὐτούς,
ηὔτε οὐδὲν, ηὔτε αὐτούς, εἴτε τοῖς τερεού-
σινέργεια συνάμεστος. εἰ δὲ τὸ αὐτό
αὐτούς οὐδὲν, σθέντι πάτερθμον αὐτού-
των σύνεργον. εἰ δὲ μέλλει γένεσις καὶ
φύση εἶναι, ἀλλού σθέντι σύνεργον εἶναι
αὐτούς, αὐτούς καὶ τὸν αὐτὸν σύνεργον. αὐτούς
αὐτούς μὴν καθ' αὐτὸν σύνεργον αὐτούς σθέ-
ντας αὐτούς. ηγούμενον καθ' ἕτερον, ηὔ-
ταλα τὸ πεῖραν. αὐτούς σθέντας τοὺς αὐτούς
κακέντων. σόκον Βέλτιον τὸ τρῶμα.
καὶ τὸ αἴπον λόγον σκέψαντες αὐτούς των
τοῦ αἵλων, ἔτερον τὸ δὲ αὐτούς αὐτούς,
αἷμα φύγοντα. σόκον οὐτως καὶ
ἔχοντες αἷμα κινήσεις. τί οὖν αἱλωνοὶ στε-
ζούσθαι δέχασι;

Text. 33. Αναξαγόρας (mens enim actus est)
Εμπεδοκλῆς, qui concordiam et dis-
cordiam ponit; τις etiam qui semper mo-
tum esse dicunt, quemadmodum Leucip-
pus. Quod si ita est, non erat in infini-
to tempore chaos aut nox, sed aut cir-
cuitio quadam aut alio modo semper
erant, si actus potentia prior est.

Text. 33. Quod si semper circuitione aliqua
idem redit; aliquid semper permaneat
oporet, quod eodem modo operetur. Si

Text. 34. vero futura est generatio et corruptio,
aliud quoque sit necesse est, quod semper
alio arque alio modo agat. Necesse igi-
tur est, ut illud per se hoc agat, hoc autem
modo per aliud. Aut ergo per aliud, aut
per primum. Per hoc igitur necessario.
Rursus enim illud et sibi et illi causa
erit. Primum igitur dicere melius est. Cur
enim res semper eodem modo eveniant,
illud causa ponebatur; cur autem alio
arque alio modo, alterum. Cur denique
semper aliter, virumque. Hoc igitur
modo se habent motus. Quid ergo alia
principia querere oporet?

EXPLANATIO CAPITIS SEXTI.

Quoniam vero tres.

R Epetiuit haec tenus, atque compleuit ea quae de principiis sub-
stantiarum sensibilium, siue mobilium, ac proinde de eo substantiarum
genere communiter dicenda erant: nunc de substantiis
quae nec sensibus nec motui subiectae sunt, disputationem aggre-
ditur, proposita primùm breuius ea substantiarum diuisione, quam tra-
diderat cap. 2. huius libri. Ea vero est, tria esse substantiarum genera: duo
quidem naturalium seu mobilium ac sensibilium, quorum unum est, ea-
rum quae oriuntur & intereunt; alterum, earum quae sempiternae sunt:
tertium vero, earum quae sunt immobiles, quæque iam naturales dici
non possunt, quod in se naturam, principiumve motus aut etiam quietis
nullum habeant, quo ipsæ moueantur, ut illæ quas sensibus usurpamus,
quæque moueri cernimus. Quæ diuisio non supponit quasi certa (hoc
enim est id de quo est quæstio, sine aliqua immobili & insensibili substi-
stantia necne) sed tantum ab Aristotele proponitur, quod de ea opposi-
tæ essent opiniones, minutis quibusdam Philosophis negantibus, præ-
cipuis autem quibusque affirmantibus, dari in rerum natura substiantias
materiæ expertes, quæ non moueantur motu, nimirum hoc vulgari ac
publi

publico qui sensibus percipitur. Quoniam igitur de duobus prioribus generibus hactenus disputatum erat, & quidem, ut Themistius ait, plena declaracione, de solo tertio agendum deinceps esse intelligit Aristoteles. Neque enim probanda est eorum sententia, qui contra aperta verba hæc, & extrema capit is superioris, sic illum interpretantur: quasi significet, se hactenus non differuisse nisi de primo genere, deincepsque acturum de secundo & tertio. Quanquam non est negandum, nonnulla dicenda adhuc esse non solum de secundo, sed etiam de primo, occasione inuestigandi tertij generis.

^b Nempe necesse esse.

QVIA omnis immobilis substantia necessariè est sempiterna, (id enim quod motui non subest, quoniam pacto interire aut etiam gigni possit?) proponit primùm Aristoteles, se ostensurum aliquā sempiternam substantiam esse immobilem. Quod ut præstet, prius nititur ostendere aliquam esse sempiternam. Et quidem cælestia corpora, nec oriri nec interire posse, iam ille ostenderat in libris de cælo: vnde offici putabat ea esse sempiterna, hoc est, nec coepisse aliquando, nec defutura vñquam. Sed quia diceret aliquis, potuisse illa modo alio incipere quam per generationem, post seque aliquando alio modo delineare quam per corruptionem. (si enim rei veritas habet, tametsi nec Aristoteles, nec alij Philosophi id capiebant) alia via ingreditur ad probandum aliquam substantiam esse perpetuam in rerū natura: Sic enim ratiocinatur: substantiae sunt prima entia, quibus pereant omnia pereant necesse est, ut dictum est capite superiori, & iam inde ab ipso Categoriarū libro, quasi ratum ac firmum suppositum est: atqui aliqua accidentia sunt sempiterna, nempe motus ac tempus; igitur aliqua substantia sit sempiterna, necesse est. Quod autem duo hæc accidentia sunt sempiterna, probatum existimat, si alterum probet esse sempiternum, eo quod vel idem sint tempus & mo-

tus, ut quidam existimarent, aut tempus sit (ut reuera est) passio seu affectio motus, cum sit mensura prioris & posterioris seu successionis in motu. Quod vero tempus sit sempiternum; ex eo se putat demonstrare: Quia alioqui tempus tunc fuisse, cum tempus non esset, aut tempus tunc futurum, cum tempus non erit, quæ fieri nullo modo possunt. Nam si tempus aliquando cœpit, prius certè non fuit quam esset; si vero aliquando est futurum, non dubium quin postea non erit; at prius & posterius sine tempore non sunt; fuit igitur tempus quando tempus nullum erat: eritque tempus, quando nullum omnino erit. Quo fit ut etiam is qui neget tempus semper fuisse sempérque fore, vtrumque simul, velit nolit, negandō concedat. Quoniam vero nullus motus perpetuus esse potest præter localē eumque circularem, qui solus sine quiete media potest progressi in infinitum, ut 8. Physicorum libro ostensum est; hinc colligit, motus circularem, quemadmodum & tempus, esse sempiternum; proinde aliquid substantiam non solum à quofiat, sed etiam cui accidat, esse sempiternam. Hanc eandem ratiocinationem, tanquam firmissimam demonstrationem, extruxit Aristoteles eodem 8. Physicorum libro, ut illum hac in re, quæ propria est primi Philosophi, quemadmodū in aliis pluribus; Naturalis Philosophia ad-

miniculo utentem videamus.

Sed quia contra veritatem, præsertim Catholicam, quæ diuina reuelatione ntitur, nulla potest esse demonstratio, ad hanc argumentationem dicendum est, vel ipsum Aristotelem cogi, vt infirmam esse fatetur. Nam vt ille vtitur differentia quadam loci, cum ait, extra cælum non esse ullum locum; ita nos vtrum differentia quadam temporis, cum dicimus, ante Mundum non fuisse ullum tempus. Itaque vt illud extra, non est ens reale, siue superficies aliqua continens locatum; sed spatium extensuum, quod dicitur imaginarium, non quod pendeat ex nostra imaginatione, cum re vera sit extra Mundum, sed quia non est res aliqua permanens, nempe substantia vel accidens, sed capacitas quædam rerum permanentium; ita id quod dicimus, Ante siue Prior, C quod Mundum præcessit, non fuit ens reale, nempe motus mensuratus secundum successionem, sed spatium successuum seu capacitas rerum successuarum, quod spatium quoque imaginariū dici solet, non quod à nostra imaginatione pendeat, sed quia non est substantia nec accidens: In modo vero vtrumque, & extensuum & successuum simpliciter & omnino necessaria sunt, & sine quibus nihil effici aut creari potest, D vt ostendimus lib. 5. Quod si Aristoteles dicat, illud eius Extra Mūdum, quod confitetur, esse quid negatiū, quasi dicatur: Non ubi est Mundus; ita quoque nos dicemus nostrum Ante motum cæli, & Post motum cæli, esse oppositas differentias negatiuas, quasi dicamus: Nondum existente motu cæli, & Non iam illo existente. Itaque siue hoc siue alio quouis modo respondeat, ad suum Extra tuendum, ipse sua ne ratione dissoluet. Adde spatia hæc duo verius

A habere rationē loci & temporis, quam superficiem, continentem locatum motum primi mobilis, mensuratum quoad successionem; quandoquidem nec superficies, nec motus sunt res fixæ & immobiles, (quod tamen necessarium est ad rationē loci & temporis) nisi quatenus incurruunt in huiusmodi spatia, vt eodem libro explicavimus.

B Alio etiam modo soluit Alensis rationem Aristotelis ex amplitudine æternitatis, quæ fuit prior tempore nostro, cum quo Mundus cœpit, & erit posterior post ultimum iudicij diem. Verum solutio hæc, et si verum assunit, petit tamen ut id gratis concedatur, ad quod probandum tota hæc disputatio instituta est: nempe dari aliquam substantiam æternam, quam Aristoteles ex sempiternitate inuestigat.

C Sed de hac ratiocinatione aliis que argumentis, si quæ sunt, quibus Aristoteles Mundi æternitatem eo modo quo nunc progreditur, demonstrare visus est, neque id solum contra oppositæ sententiæ Philosophos, qui materiam æternam præcessisse dicebant, sed etiam contra scripturas sacras, quarum notitiam habebat, quæ omnia à Deo in ipso Mundi principio ex nihilo facta esse referunt; fuisus ad finem capituli disputandum est.

D Quin etiam si quid.

E Stendit, non satis esse ad sempiternitatem motus ponere substantias sempiternas, quæ eis mouendi vim habeant, aliquando tamen non actu mouerint. Nihil enim prodest ad motum efficiendum, si quid potentiam mouendi habeat, nec tamen eam exerceat. Quo pronunciato in primis Platonem taxat, quod posuerit ex omni æternitate substantias vniuersales siue ideas, nihil agentes, sed otiosas, futuras tamen

men aliquando rerum nostrarum A causas. Quanquam ne mouendi quidem, aliòve modo causandi potentiam illæ habere poterat, quia actio, & quiuis causæ concursus, non ab vniuersalibus sed singularibus rebus proficiuntur, vt capite superiori docuerat. Taxat deinde eos omnes, qui substantias quidem actiuas, aut vnam, aut plures ab æterno posuerunt, sed quæ tamen antea æterno tempore nihil egissent, aut aliquando quidem egissent, aliquando vero à motu efficiendo cessassent (à quibus tamen nec Plato eximendus est, quatenus Mundi Fabricatorem æternum posuit, ex præexistente materia aliquando Mundum effecturum) tum Anaxagoram aliisque antiquiores, qui vel Mentem æternam assertuerant aliquando ex chao res eas, ex quibus effectus est Mûndus, segregaturam; tum quemuis alium authorem authorésse, qui ex initio aliquo temporis hanc rerum C vniuersitatem ex præcedente aliqua mole aut elemento constituerat: tum etiam Moysem, qui diuino numine afflatus, omnia in temporis huiuscæ nostri initio ex nihilo creata esse, ante omnes Philosophos scripsérat. Omnes enim hos authores damnat, quod̄ et si posuissent æternam aliquam substantiam aut substantias, quæ mouendi agendique omnino potentiam haberent, nihil tamen æterno tempore aut mouissent aut egissent. Omnes enim hac ratione motus sempiternitatem, quam ipse egregie se demonstrasse putabat, susciterunt. Sed præterquam quod̄ hec eius ratio paulo ante posita nihil firmitatis habet; nullum omnino est incommodum, potentiam diuinam ex omni æternitate, donec Mundum condidisset, nihil extra se oī eratam esse; & fortasse etiam fieri non potuit, vt hic Mundus eo mo-

do ac ordine, quo progreditur, ab æterno fuerit; de qua vtraque re ad finem capitinis disputandum est fusius.

Neque etiam si operetur.

O Stendit vterius, nec satis etiam esse ad sempiternitatem motus dari substantiam sempiternam, quæ non solùm habeat potentiam actiua motus, sed etiam semper actu moueat (quod proximè necessarium esse probatum est) nisi illa sit actus purus substantialis, seu forma per se subsistens, hoc est, substantia, quæ nec sit pura potentia, vt est materia, neque composita ex materia & forma, sed forma quædam pura, per se cohærens in rerum natura, qualis est anima rationis particeps, cum à corpore separata est, nisi quod hæc est natura sua apta ad compositionem hominis; Aristoteles autem vult, substantiam effectricem C motus sempiterni esse per se completam, nec posse esse partem aliqui compositæ substantiæ. Neque enim ille ex iis quæ aperte dicit hoc loco, ostendit, eam substantiam esse actum omnino purum, siue omnis potentialitatis expertem, etiam ad varietatem motuum internorum intellectus & voluntatis, qualis est solus Deus Opt. Max. sed esse actum purum in genere substantiæ, vt mox patebit.

D Cæterum quo pacto probet institutum, non satis liquet: Nam si nomine potentia, quam excludit ab ea substantia, intelligit potentiam actiua, vt credit Alensis, nempe ad mouendum & non mouendum, recte quidem inde colligit, fore vt si substantia mouens talem potentiam habeat, motus cæli non sit necessariò sempiternus, quia fieri potest vt non moueat. Sed inde non colligitur, illam esse actum purum

T 3 substan-

substantialem, quia Sol non habet A uent, vt magnes & succinum. talem potentiam ad motum efficiendum in his inferioribus, sed necessaria mouet, & tamen non est actus purus substantialis, sed vere substantia corporea sensibilis & mobilis.

Si vero intelligit passiuam ad esse & non esse ipsius substantiarum, vt D. Thomas & alij. quidam existimant, inoffenso etiam pede decurret haec argumentatio [si habet potentiam passiuam ad esse & non esse; ergo motus non erit sempiternus, hoc est, poterit non esse sempiternus, quia fieri poterit, vt substantia ipsa mouens non existat.] Sed hinc etiam non colligitur, illam esse actum purum substantialem per se subsistente: nam caelestia corpora non habent potentiam passiuam ad esse & non esse sui; cum sint incorruptibilia, & tamen non sunt actus puri substancialis, vt dictum est de Sole.

Si vero nomine potentiae intelligit potentiam passiuam ad motum eius substantiarum, hoc est, vt illa mouetur & non moueat, non autem ad eius esse & non esse; recte quidem concludit, substantiam illam esse actum purum substantialem, quia talis actus cum non sit capax molis corporearum, nullo pacto moueri poterit motu physico, de quo solo hic sermo est. Sed hoc pacto non minima vis inferri videtur contextui, qui statim primo aspectu videtur intelligi de potentia passiuam ad esse & non esse ipsius substantiarum. Adde, quod hoc modo non recte videbitur colligi, fieri posse vt motus non sit sempiternus, si in substantia mouente detur potentia, vt ipsa moueat & non moueat: poterit enim mouere, etiam si ipsa non moueat, quo pacto substantiarum vere mobiles, motu physico quiescentes mo-

Huic dubitationi respondendum videtur, non esse hic nomine potentiae intelligendam potentiam actiuan, neque etiam passiuam ad esse & non esse substantiae mouentis. Neque enim ex eorum negatione recte colligitur praecipua conclusio, nempe substantiam mouentem esse actum purum substantialem seu per se subsistente, vt dictum est: sed intelligi solam potentiam passiuam ad motum & quietem. Nam & in hunc sensum contextus sine vi vlla exponi potest [Neque etiam, inquit, satis erit ad sempiternitatem motus, si causa effectiva illius operetur, hoc est, actu moueat. Substantia vero eius potentia sit, hoc est, sit potentialis, seu (quod idem est) potentiam habeat passiuam ad motum & eius oppositum. Fieri enim potest vt hoc dato, motus non sit sempiternus, cum fieri possit, vt motus eius passiuus, qui potestate est, hoc est, ad quam illa potestatem habet passiuam, non existat.].

Verum si ita est contextus expendorius, reddenda est ratio, cur substantia effectiva motus sempiterni, si habeat potentiam passiuam, ve moueat & non moueat, non efficiat motum, si ipsa etiam non moueat, quae ratio ab Aristotele non redditur, nec videtur reddi posse, propter exempla proposita magnetis & succini, & alia pleraque.

Dictum est tamen, ratione quam Aristoteles breuitatis causa hoc loco pratermisit, & reddi posse, & eius fundamentum positum ab eo esse 7. & 8. lib. Physicorum, quod huiusmodi est; nullam rem mobilem motu Physico a se ipsa moueri primò, sed vel ab alia externa, si est non viuens, aut viuens quod moueat, motu non viuentis, vt cum lapis projectetur.

uicitur, aut homo impellitur; vel à parte aliqua sua interna, si est viuēs, ut cùm quis ambulat, parte vna aliā impellente. Quo iacto fundamento, sic potest ratio extrui. Aut substantia illa effectiva motus sempiterni, quæ ponitur habere potentiam ut moueat & non moueat motu Physico, est viuens aut non viuens: si non viuens, necesse est, ut si moueat, ab alio externo moueat: non potest igitur in ea concedi eiusmodi potentia, nisi ponatur alia substantia superior, à qua moueri possit, de qua cùm fieri possit eadem quæstio, sìne viuens aut non viuēs: & similiter de alia atque alia in infinitum, si omnes sint non viuentes. Deuenicendum est tandem ad aliquam viuentem ne infinitio admittatur: at qui viuens, si sit mobile motu Physico, ut supponitur (alia enim ratio est de mouente quod non mouetur hoc genere motus) aliud corpus mouere nō potest motu locali, qui solus ponitur sempiternus, nisi ipsum moueat, vt experientia ipsa constat, & ex eo etiam quod supponebatur, nunquam videbiset id fieri, nisi parte vna aliā partem mouente: ergo si substantia illa haberet potentiam passiuam, ut moueri possit, non poterit utique motum efficere in alia substantia, nisi ipsa mouatur. Vnde si futurum est, ut sempiterno motu moueat, nō habebit profectò potentiam passiuā motus Physici, ac proinde erit actus purus substantialis, ab omni mole corporeā immunis, sine qua mole perspicuū est, nullam omnino remi motu Physico moueri posse. In qua ratione, ex sempiternitate motus sumpta, non solum probatur proximum motorem primi mobilis non habere potentiam passiuam motus Physici, ac proinde esse immobilem: sed etiam idem concludit de moto-

A ribus aliorum orbium cœlestium, qui proprios & peculiares habent motus. Quo autem pacto id probari possit, non supposito æterno motu, postea dicendum est.

B Aduerte autem, et si Aristoteles hīc apertè non colligit primum motorē simpliciter, qui in omni mouēdi genere (etiam metaphorico motu finalis causæ) primus est, esse actum omnino purum: tamen id nō obscurè innuere. Nam ut hoc loco proximi motores cœlestium orbiū ostendunt actus puri à potentialitate ad motum Physicum, ita par est colligere, primum motorem simpliciter siue primum in omni genere motuum, etiam finalis causæ, esse immune ab omni omnino potentialitate, ac proinde puram omnino actum. Quod ideo animaduerterim, quia inferius hoc ipsum videtur supponi, quasi ex hoc iam loco potuerit intelligi.

C *Præterea has substantias.*

C Olligit ex eadem motus sempiternitate, substantias effectivas illius, esse materiae expertes. Ratio vero est, quia æternæ sint oportet, si quid aliud æternum sit, ut sunt motus & tempus. Hæc tamen ratio nihil firmitatis haberet, si æternitas hīc sumeretur pro æternitate substantiarum motorum cœlestium orbium. Nam cùm Aristoteles simul probasset orbes etiā cœlestes esse ab æterno motis, & in æternum mouēdos: non magis colligeret ex æternitate, motus eorum, motores esse materiae expertes, quam orbes ipsos cœlestes, qui tamen materiales sunt, si non materia quæsit in potentia ad diuersas formas substantiales, certè materia quæ sit in potentia ad diuersas accidentiales, saltinque ad diuersos situs, siue ea materia sit pars cœlestium corporum.

corporum, & eae tota ipsa eorum sub. A
stantia quæ est proximū subiectum,
respectu motus localis. Sumenda est
igitur hoc loco æternitas substantia-
rum mouentium, pro æternitate earum
in mouendo. Ex ea enim ostendebatur
proximè, nō esse illis potentia passi-
uam ad motum physicū, & eius op-
positam quietem, ne si esset, efficere-
tur, vt motus nō esset æternus. Hinc
ergo manifestè sequitur, substantias
illas motrices esse materiae expertes,
quia moueti nequeunt motu physi-
co. Quo iam loco Aristoteles me-
minit huiusmodi substantiarum in
plurali numero, cùm haec tenus in
hac disputatione de motu æterni-
tate, de vna tantum loqueretur; quia
satis illi erat, cius tantum meminisse,
à qua efficitur motus primi mobilis,
cuius solius affectionem, tempus es-
se dixerat in Physicis.

^c Sunt igitur actu tamen si.

R Epetit hoc loco conclusionem
præcipuam, vt contra eam pro- C
ponat non prætereandam dubita-
tionem. Conclusio sic accipiēda est.
Ex dictis patet, substantias cælesti-
um orbium motrices, esse actu ab
æterno tempore. Dubitatio vero est:
Quo pacto id fieri possit, cùm libro
9. dictum sit, potentiam tempore
actum præcedere. Hinc enim effici-
videtur vt quicquid actu est, prius
fuerit potentia. Aristoteles tamen
non in hac argumentandi forma, sed
in alia communiori magisque diale-
ctica sic argumentatur: Quicquid
actu est, esse etiam potest; & tamen
non quicquid potentia est, actu quo-
que est; igitur prior est potentia
quam actus, cùm ab ea non recipro-
ceretur existendi consequentia: quod
si prior est potentia quam actus, non
potuerat igitur substantia motrices
orbium cælestium actu esse ab æter-
no, sed prius fuerunt potentia quam
essent actu.

^f At si hoc est.

A Rgumentatur pro parte oppo-
site in hanc sententiam; Quia
si prior tempore (inquit) est potentia,
quam actus, evenire potest, vt res
nullæ sint, hoc est, vt nulla earum
esse possit. Nam si prima entia, à
quibus cætera gignuntur; fuerunt
prius potentia quam actu, à quo mo-
ta esset materia, vt ex ea aliquid gi-
gneretur: Possent enim res esse po-
tentia duobus modis: Vno in pura
potentia materia, quæ nullam o-
mnino haberet formā, quod viden-
tur sensisse prisci poëtæ, vt Hesiodus
& alii eius ætatis, qui quoniam de
diuinis rebus carmina scripsérunt,
Theologi appellati sunt. Dicebant
enim, omnia ex nocte orta fuisse. Al-
tero, in quadam confusione sic per-
misæ, vt nulla esset actu ab alia
distincta, quod planè dixerunt Anaxagoras & Empedocles, quorum ille
sensit omnia fuisse ab æterno confu-
sa sub illo chao, hic autem aliquando
esse confusa, in eo quem vocabat
sphæricum. Utrovis autem modo
prima entia, à quibus cætera pèdant,
fuisserint in potentia, certè nullæ un-
quam ad actum produci possent, aut
vt omnino essent, aut vt essent di-
stinctæ & expressæ, nisi aliquid ante
exitisset actu, à quo illæ vel è pura
potentia, vel ab illa congerie & con-
fusione ad actum expressum produ-
ceretur. Neque enim materia potest
se ipsam ad actum mouere, sed sem-
per opus est, vt eam aliquid extrin-
secus moueat, quod in operibus cùm
artis tum naturæ, perspicuum est.
Veluti in lateribus, qui ab ædifican-
di facultate mouentur ad formam
ædificii; & in sanguine monstruo, qui
mouetur à genitali semine ad formam
animalis; & in terra, quæ mouetur à
variis plantarum seminibus, vt si-
miles aliæ ex ea gignantur.

^g Quocirca

⁸ Quocirca nonnulli sunt.

A

Dicit, quosdam Philosophos, semper actum aliquem fuisse, nempe motum, dixisse; tametsi in eo ponendo, & in causa eius afferenda, defecissent. Nam & Leucippus & Plato semper, ante Mundi ordinis huius, & ornatus constitutionem, motum aliquem fuisse asserebant; Leucippus quidem agitatione sutorum atomorum, quae confusa in vacuo huc & illuc mouerentur, ut minima corpuscula (credo) quae in radio Solis intra domum recepto volitare cernuntur; Plato vero inordinatam elementorum motionem fortis, vt ex illis quasi bene subactis & preparatis (hoc enim fortasse dicat aliquis, qui eius intentem explicet) Mundus hanc formam figuram acciperet. Ceterum in eo peccabant, quod nec cur motus illi præcessisset, explicarent, nec quinam essent, exprimerent, veluti naturane, an vi, an mœte fierent; semper enim causa aliqua certa existat, opus est, cui se motus accommodet, cum nihil moueatur, vt forte continet, sed modo aliquo certo proportione causæ mouentis. Deinde in eo quod non exponerent, quisnam esset primus motus; cum præfertim plurimum intersit, quisnam dicatur primus. Demum nec Plato tueri potest suam illam sententiā, qua interdum explicat, Animam esse primum motus principium, cum illam simul cum cœlo, hoc est, Mudo, ortam esse dicat, præcedente iam illa inordinata elementorum motione. Itaque in eo (quod ad rem facit) recte dixisse videntur, quod semper motum aliquem actumque fuisse fatebantur, quod Aristoteles sumit ad confirmationem eius argumenti quo proxime actum priorem esse potentia probauerit:

In Met. Arist. Fonsecæ Comm. Tom. 4.

⁹ Credere igitur.

Soluta propositam quæstionem, ex iis quæ dixerat 9. libro, ad quem lectorem reiicit, breuissime assertens, partim potentiam tempore actum præcedere, partim actum potentiam. Nam et si in una & eadem re, quæ interdum est potentia, interdum actu, potentia præcedat actum; simpliciter tamen & absolute actus præcedit potentiam, quia res non producuntur à potentia ad actum, nisi per aliquid quod sit actu, vt ibi fuisus expositum & ostensum est. Quod idem confirmat sententia quorundam Philosophorum, vt patet ex contextu, nisi quod non explicat, quam agentem causam posuerit Democritus, à qua atomi mouerentur, quia ille non natura sed casu eas moueri existimabat. Nam de Platone satis constat, illum posuisse agentem causam inordinati motus elementorum, nempe vel contrarias eorum conditiones, vel ipsum futuri Mundi parentem & conditorem Deum.

ⁱ Quod si ita est.

Ex eadem solutione concludit fieri non potuisse, vt potentia infinito tempore actum præcesserit, vt crediderunt ij qui chaos aut nō tem ante Mundi constitutionem præfuisse dixerunt. Cum enim actus simpliciter & absolute sit prior potentia, propterea quod forma rei generandæ, semper aut eadem ratione aut eminentiū in agente præcedit, satius est, si dicatur, semper res easdem, quæ potentia erant in materia, fuisse virtute in generantibus actu existentibus, & semper hoc pacto easde rediisse, siue circuitione quadrata, siue modo alio. Nō nomine circuitonis intelligit Alexander alternationem illam reciprocam Empo-

V.

doclis, qui dicebat, post longissima A tempora, concordia dominante, o- mnia redditura in Sphærum, & ite- rum post alia tēporum spacia lite omnia in sua quāque loca redi- tura. Illis autem verbis [aut alio mo- do] intelligit eam reciprocationem, quam solam ponit Aristoteles, æstatis, & hyemis, aliarūmque partium anni, quā semper ordine certo quot- annis redeunt. Placet tamen magis opposita sententia D. Thomæ, ut no- mine circuitionis intelligatur ordo reciprocus partium anni (nam de hoc solo statim fit mentio) verbis autem sequentibus intelligatur pe- riodus illa longissima Empedoclis, aut si quā alia similis ab alio ponatur. Vtriusuis enim vicissitudinis ra- tio redditur actus & potentia: eius autem opinionis, quā materiam in- finito tempore otiosam ponit, an- tequam ex ea aliquid fiat, nul- la omnino ratio reddi potest. Nam siue sola materia prima infinito tempore præcesserit, siue materia cum aliqua forma imperfecta (quam etiam intelligere potuerunt ij, qui noctem infinitā præfuisse senserunt) siue chaos & confusio rerū omnium simul, nulla earum expressa & di- stincta, quā confusio materiæ con- ditionem præ se ferret; quāri potest cur in tanta infinitate nihil fiebat ex eiusmodi materia: Cuius rei nulla omnino causa, ex ipsa rerum natu- radium conditione, ex qua Ethnici Philosophi omnia demonstrare co- nabantur, reddi potest; quam nos ta- men optimam redimus ex Diuina voluntate, cùm à nobis petitur, cur Deus ab æterno nihil extra se operatus erat, cùm Mundum condi- dit. Quanquam in eo etiam alia ra- tio est, quōd nos non ponimus tra- teriam infinito tempore otiosam vt illi, sed cum ipso Mundo simul conditam.

** Quid si semper.*

Ex solutione quæstionis, quæ de actu & potentia proposita erat, seu potius ex reciproca generatione resū quām proximè ex ea deduxerat, confirmat perpetuitatē motus cælestis, quam initio capit is se demon- strasse crediderat. Nam si reciprocus generationis & corruptionis rerum circuitus est sempiternus, neque un- quam non fuit, aut defuturus est, necessarium est asserere, aliquam es- se mouentem causam eandem nu- mero, à qua illæ ex omni æternitate & in perpetuum administrentur: ne- que enim hoc munus alicui agenti corruptibili ascribi potest, cùm vnu qđodque intereat, neque omnibus etiam simul, cùm non simul exi- stant. Atque ea causa, si de corpo- reis agitur, est Aristotelis opinione, orbis inerrantium stellarum, quđ illum primum omniū esse crederet. Hic enim cùm semper eius senten- tia eodem modo moueat, aptissi- mus est ad perpetuitatē efficiendam: Sed quia in his inferioribus cerni- mus tempora contraria æstatis, & hyemis, veris & autumni; varietas autem haec non potest prouenire à solo vno motu uniformi; aliud agēs necessariò ponendum est sempiter- num, à quo huiusmodi contraria tempora proueniant, quorum alia ad generationem rerum pertineant, alia ad earūdem corruptionem. Quā causa apertissimè Sol est, quōd eius accessu fruges gignantur, adolescāt, & murentur, aliisque omnia qua- si reuiuiscant, & conualescant; eius autem recessu contrarios patientur motus. Hoc verò accidit, quia pri- mum mobile semper mouetur per Äquinoctialem, Sol autē per Ecli- pticam Zodiaci: vnde fit vt ipse mo- tu proprio sex mensibus accedat ad Aquilonē, & toridē ad Austrum; motu autem pñimi mobilis singu- lis

lis diebus totum terrarum orbem A vicissitudine diei & noctis, omnia circumeat. Ait ergo Aristoteles necesse esse, ut corpus quod per Zodiacum mouetur, hunc motū obliquum per seipsum, naturāque sua exerceat; cū verò motum quo mouetur per Äquinoctiale, qui rectus diurnusque appellatur, virtute alterius superioris corporis præster: aut igitur virtute alterius quod non sit primum, sed sub alio atque alio sine viro exitu; aut virtute alicuius primi, quod præstat dicere, quā in- B fuitatem corporum inducere. Nam primum & sibi & supposito etiam corpori vt moueatur, causa erit; tibi quidem, vt moueatur proprio motu, supposito autem corpori; non vt simpliciter moueatur motu proprio ac suo, sed vt temperatè Solem ad rerum generationem & corruptionem admoueat, & remoueat. Nisi enim motus Solis quo ad nos accedit, & à nobis recedit, temperaretur C Platonem, ideæ?

Κεφάλαιον ζ.

Eπεὶ δὲ οὐτως τὸ συνέχεια, (καὶ εἰ μὴ ἔτως, ὃν νυκτὸς ἔσται, καὶ οὐ μεστὸν τῶντων, καὶ σὺ μη ὄντος,) λύοιτο ἀντίταξα. Καὶ εἰ εἴ τι πάσιν οὐδέμιον κίνησιν ἀπαρσον· αὐτὴν δὲ η̄ κίνηλα· καὶ τοῦτο ἡ λόγω μόνον, αὐτὸν ἐργα οἱ γῆλον· ὥστε αἰδίτος ἀντὶ ἡ περιττὸς ἀρχής. Εἴ τινι τῷ καὶ δικαιονεῖται, ἐπεὶ τὸ κίνημα οὐδὲν κίνηται. Τοῦτον τὸ κίνημα οὐδὲν κίνηται, μέσον τοίνυν εἴ τι πίστη κίνημαν κίνηται, αἴσθοι, καὶ εστία ἡ σύνεργεια οὐσία.

Text. 35.

τὸ κίνηται ἡ ἀρχή· τὸ ὄρεχτὸν καὶ τὸ νοντὸν κίνηται κίνημα. τούτων δὲ τὰ πεπονισμένα τὰ αὐτά. Πεπονισμένον δὲ δῆ τὸ φαινόμενον. καθέλον δὲ τὸ πεπονισμένον, τὸ σκαλόν. ὅρεγύμενος δὲ δη, ὅπερει καὶ μᾶλλον, καὶ δικαὶ μᾶλλον εργόμενος.

Text. 36.

C A P. VII.

CVM autem res hoc modo habere possit (alioqui ex *nō ente, & ex o. *chaos, mniūm congerie, & ex non ente res erūt) hec viisque solvi possunt: estque aliquid quod incessibili motu semper mouetur, Cū igitur qui quidem est conuersio; quod non ratiōne ianūm, sed re etiam ipsa perspicuum profecto me- est. Erit ergo perpetuum primum cœlū; dīū aliquid quo sit ut aliquid etiam sit quod moueat. est, quod Quoniam verò id quod mouetur & mo- mouens non uer, medium est; aliquid profecto est, quod motum, &c. non motum mouet, quidque eternum, Text. 35. substantia & actus est.

Hoc autem modo appetibile & in- Text. 35. telligibile mouet, mouet, inquam, non motum. Horum autem prima sunt eadem: id enim sub appetitu cadit, quod bonum videntur; id autem primo sub volen- tem quod bonum est. Potius autem appetitus quia videntur, quam video- tur, quia appetitus.

V. 2.

Etenim:

δέχεται ηδη τὸν νόον. νοῦς δὲ τὸν A. Etenim Intelligentia principium est, intellectus ab intelligentibili mouetur.

Τυποῖς καὶ αὐτῶς καὶ ταύτης ηὐσία περάτη, καὶ ταύτης η ἀπλωτής, καὶ κατ' ἐνέργειαν. εἴ τοι ἐν, καὶ τὸ ἀπλοῦ, σὺ τὸ αὐτό. τὸ μὲν γὰρ ἐν, μέτεσον σημαίνει τὸ γάλακτον, τῶς ἔχον αὐτό. ἀλλὰ μὲν καὶ τὸ καλὸν, καὶ τὸ δὲ αὐτὸν αἰρετὸν, εἰ τῇ αὐτῇ συνοικίᾳ καὶ εἰναι ἀριστον ἀεὶ, οὐτὸς λογον, τὸ πεπονι. ὅτι δὲ εἴτε τὸ θένεται καὶ τὸ αἰκινήτης, ηδιαιρέσσις οὔτοι. εἴτε γάρ ίδιον τὸ οὐένεται, ὡν τὸ μέρη εἴτε, τὸ δὲ σῶμα εἴτε. ^B καὶ εἴτε γάρ οὐσίαν ἔρωμάριον κινέματον γάλακτον καὶ ταῦτα κινεῖ. εἰ μὲν οὐκ οὐ κινεῖται, σὺν δὲ χεταὶ καὶ ἄλλως ἔχειν. οὐτοῦ εἰς τὸ φρεσὶ ταρώτη, καὶ ἐνέργεια εἴτε η κινεῖται, ταύτης γάλακτος ἔχειται, καὶ καὶ τὸ τόπον, καὶ εἰ μὴ κατ' θοίαν. εἴτε δὲ εἴτε οὐ κινοῦν, αὐτὸν αἰκινήτην δὲν, ἐνέργειαν δὲν, τοῦτο σῶμα ἔχειται ἄλλως ἔχειν εὐθαδιά. φρεσὶ γὰρ η ταρώτη τῶν μεταβολῶν ταύτης γάλακτος καὶ κύκλων. ταύτης δὲ τοῦτο κινεῖ. ^C εἰς αὐτάγκης ἀριστερά εἴτε οὐ καὶ η αὐτάγκη, καλῶς καὶ οὐτως αρχή. τὸ γάλακτον μεταβολῆς τοῦτο βία, οὐτοῦ δὲ τοῦ ὄρμου. τὸ γάλακτον αὐτοῦ τοῦτο γάλακτον, μὴ ἐνέργειαριμον ἄλλως, αὐτὸν αὐτῶς. σῶμα ταύτης ἀριστερά αρχῆς ηττίτης οὐ ζεστος καὶ φύσις. Διαγωγὴ δὲ εἴτε, οἷα τε η αριστη, μηκόν χρόνον ημῖν. γάλακτος δὲ ἀκείνο εἴτε, ημῖν μὲν γάλακτος αἰδημάτην. ^D εἴτε καὶ ηδονὴ η ἐνέργεια τούτου καὶ Διαγωγὴ ἐγένησος, αἰδημάτης, νόος, ηδονη. ἐλπίδες γάλακτος μηδηματη Διαγωγὴ. η γάλακτος καὶ αὐτῶς, τοῦ κατ' αὐτὸν αριστερά καὶ

Text. 38.

Text. 11.

fint incundæ. Intelligentia porro per se ipsam in eo versatur, quod per se optimū est: et ea que

^A Quod intelligibile vero alterum per se ordinem efficit, cuius ordinis prima est substantia, et hinc ea qua simplex est actus est. Unum autem et simplex non idem sunt: unum enim mensuram significat; simplex vero, quo modo illud se habeat.

Sed et bonum et quod per se eligibile est, ad eundem ordinem seriemque spectant; semperque id quod optimum est, aut illi proportione respondet, primum est.

Quod autem id cuius gratia ali- ^B Quod autem quid sit, in mobilibus locum habeat, ipsa id cuius gratia eius dūsio declarat. Est enim id cuius, in immobilius gratia aliquid sit, in ijs numerantibus sit, dum, quorum aliud quidem extat, aliud ipsa. ^C vero non extat.

Mouet ^B autem ut amatum: id autem quod mouetur, cetera mouet. Si Text. 38.

quid igitur mouetur, aliter etiam se habere potest. Quare si latio prima, actus etiam est, quo mouetur, hoc viisque modo fit; ut aliter se habere possit, ratione quidem loci, etiā non ratione substantiae.

Quoniam vero aliquid est mouens, cum ipsum sit immobile, siveque actus existens; hoc sane nullo modo aliter se habere potest: latio enim omnium mutationum prima est, huius autem ea qua circularis,

*qua quidem illud mouet. ^B Necessario *quam igitur existit, et quatenus necessario, etiam bene, et hoc paceto principium est.

Necessarium enim hisce modis dicitur.

Aliud quidem vis, quod su prater natura propensionem: aliud, sine quo non bene res habet; aliud, quod aliter se habere nequit, sed uno autem modo se habet. Ergo ex tali principio cœlū naturā pēdet.

Eius autem vivendi ratio talis est, Text. 39.

qualem nos optimam parvo tempore degimus. Sic enim semper illud est, quod nobis contingere non potest: quandoquidem et eius actus voluptas est. Unde si ut vigilia, sensuimque perceptio et intelligentia, iucundissima sint: expectationes vero, et recordationes: propter hac

η μάλιστα, τε μάλιστα. αὐτὸν ἡ νοῦς Α εἰς τὰς πολλὰς τὰς νοητὰς.

νοητὸς γὰρ γίνεται θεωρίων καὶ νοῶν.

ώσε ταῦτα νοῦς καὶ νοητόν. τὸ γὰρ δικτύον

τὸ νοητόν καὶ τῆς φύσιας νοῦς ἀνερ-

γεῖτεχνων. ὥσε σκέπτοντας τούτου,

οἱ θεοὶ οἱ νοῦς θεοῖς ἔχοντες καὶ οἱ

θεοφύλακες τὸ ηὔδιον καὶ ἀρετον.

εἰσὶ οὖτε οὐτας δὲ ἔχοντες, οἱ θεοὶ

αἱ θεαματάρον εἴς μάλλον εἴς θεαμα-

τάτερον. ἔχεις ἡ ὁδός. ἡ ζωὴ δὲ

γειτονάρχεις. ηγέρης οὐδέποτε, ζωή.

σκέπτοντες ἡ οὐρανοφύλακες, ζωή.

η καθ' αὐτῷ, σκέπτοντες ζωὴν αρίστην καὶ

αἱδίον. Φαῦλος ἡ τὸ θεόν εἶναι ζωὴν

αἱδίον, αρετον. ὥσε ζωὴ καὶ αἱδὼν συνε-

χής καὶ αἱδίον τοῦτο πᾶν θεῶν τὸ

γὰρ θεός. ὅσιος τοῦτο λαμβάνεται,

ώστερον οἱ Πυθαγόρειοι καὶ Σπάθας το-

το. τὸ αρετον καὶ κάλλιστον, μηδὲν

αρχῆς εἶναι. Διὸ τὸ καὶ τὸ Φύλων καὶ τῶν

ζωῶν τὰς αρχὰς αἵτια μηδὲν εἶναι, τὸ

δὲ καλὸν καὶ τὸ τέλεον εἰς τοὺς σκητού-

των; σόκος ὁρθῶς οἰνοτροφον.

τὸ γὰρ αρετον εἰς αὐτόν τοῦτον εἶναι.

καὶ τὸ αρετον εἰς αὐτόν τοῦτον εἶναι.

αἱδίον τοῦτον εἰς αὐτόν τοῦτον εἶναι.

Φανερὸν σκητὸν εἰς αὐτόν τοῦτον εἶναι.

οἱ διδακτοί τοῦτον εἰς αὐτόν τοῦτον εἶναι.

οὐδὲν τοῦτον εἰς αὐτόν τοῦτον εἶναι.

εἰς τὰς πολλὰς τὰς νοητὰς.

Mens vero se ipsam intelligit as-

sumptione rei intelligibilis. Fit enim in-

telligibilis tangens atque intelligens. Ia-

que idem sicut intellectus est id quo in-

telligitur. Receptaculum enim rei in-

telligibilis et substantia intellectus est;

operatur autem cum habet. Quapropter

divinum illud quod intellectus habere

videtur, huius est magis, eiusque contem-

platio inaudibilem quid est, et optimu-

mum. Si hoc igitur modo bene se habet,

ut nos habemus aliquando; mirabile quid

semper est Deus, eoque mirabilissimi, si me-

lium. Atqui ita se habet.

Inest et quoque ei vita. Intellectus

enim operatio, vita est, ille autem est ipsa

operatio; operatio autem per se illius, vita

opus et sempiterna. Itaque dicimus,

Deus vivens esse eternum ac optimum.

Quocirca vita et aeternum continuum et

eternum Deo est; hoc enim est Deus.

Quicunque vero existimat, quem-

admodum Pythagorici et Speusippus, id

quod optimum pulcherrimumque est, prin-

cipio non inesse, properea quod animalium

et plantarum causa quidem sint, optimum

autem et perfectum in iis cernatur, que

ex illis existunt; non recte senium. Nam-

que semen, ex aliis prioribus que perfecta

sunt, proficitur; priusque non semine, sed

perfecta res est. Exempli causa, hominem

dixerit quis priorem esse semine, non eum

qui ex eo genitus est, sed alium a quo semē

effluit. Est igitur quandam sempiternā

immobilemque substantiam, et a sensibili

semitā, ex iis qua diximus, perspicuum est.

Demonstratum autem et aliud est,

buiusmodi substantiam, magnitudinem

ullam habere non posse, sed partibus care-

re, nec diuidi posse. Abinde enim infinito

tempore: nihil autem finitum infinitum

habet potentiam. Cumque omnis

magnitudo, aut infinita sit, aut finita: fini-

ta quidem magnitudinem hac ipsa de

causa non habebit: nec vero finitam,

quod nulla omnino infinita magnitudo

Text. 40.

Text. 41.

Text. 42.

Text. 43.

Text. 44.

Text. 45.

Text. 46.

Text. 47.

Text. 48.

Text. 49.

Text. 50.

ἀπειρον μέγεθος. ἀλλὰ μὲν καὶ A in rerum natura su.

ὅτι ἀπάλλος καὶ αναλλοίων. τῶσαν
οὐκ αἱ λαχιστὸς ὑπεραγ τῆς κατὰ
τόπουν. ταῦτα μὲν οὖν σῇλα, διότι
τοῦτον ἔχει τὸ τρόπον.

^PSed & illud est demonstratum, im-
passibilem esse, & alterationis nequitiam
obnoxiam. Omnes enim motus alijs po-
steriores latrone sunt. Atque hec quidem
cur hoc modo se habeant, satis constat.

EXPLANATIO CAPITIS SEPTIMI.

A qua initio huius capituli vulgata diuisione ponuntur, po-
tiusque cum superiori capite iungenda erant, ed pertinent, vt
Aristoteles tria colligat ex dictis. Primum est: Nisi ea qua
dicta sunt cōcedantur, necesse fore, vt admittendum sit aliquod
ex his tribus incommodis, vt vel ex nocte infinita omnia sint facta, hoc est,
ex materia informi, & ab omni eternitate otiosa; vel ex congerie con-
fusa rerum omnium, quarum nulla vñquam expressa distinctio extisset;
vel certè vt ex nihilo vniuersa sint condita; qua tamen admittere non co-
gitur qui cæli conuersionem ex omni eternitate, sicut dictum est, pro-
gressam, & te ipsa se oculis exhibentem, concesserit. Alterum est, hoc
pacto dissoluti posse omnes quaestiones, qua in hac re negotium fa-
cessunt, qualis erat illa, qua quærebatur, actusne potentiam, an vero
potentia actum præcessisset, & illa, cur aliter incrantum stellarum orbis;
aliter atque adeò opposito ferè modo inferiores cæli mouerentur; & illa,
qua petebatur, quisnam esset motuum primus, à quo cæteri omnes pen-
derent. Tertium est, dandum re vera esse aliquod primum mouens immo-
bile, quod substantia sit & actus purus, vt supra ostensum erat. Neque
enim aliter fieri posse, cum necessariò concedenda sint tria rerum genera,
vnum, eorum qua ita moueantur, vt moueant, qualia apud nos sunt plu-
rima: alterum, eorum qua & moueantur & moueant, cuiusmodi sunt cor-
pora cælestia; tertium, eorum qua ita moueant, vt nullo modo mouean-
tur, cuius generis vnum tantum numero ponendum est, quod non tantum
sit substantia & actus, sed actus omnino purus, vt ex dicendis clarius
patebit.

^PHoc autem modo appetibile.

*Obscurum area locutus, & qui multorum, quanvis perspicacium, intelligentiam subier-
fugere: eius tamen verum ac planū sensum affectus est Kyriacus Siroza, vir ge-
nere aquæ clarus, atque ingenio: Cui tam huius trigesimi sexti, quam undecimi tex-
tus in libro 9. interpretationem referri volumus acceptam, homini bene merito de-
uniuersa Aristoteles disciplina, partim in restituendis locis, temporum iniuria
corruptis, partim in perficiendis libris de Republica à philosopho inchoatis, ea do-
ctrina granitum, vt Aristoteles ipse si reviuisceret, nihil eis addendum deirahren-
dum ne iudicaret; Porro, iuxta Siroza mentem & notationem.*

Cum hactenus docuisset Aristoteles, dandum esse aliquod pri-
mum mouens immobile, tria de illo
his tribus capitibus ostendit. Primū

quanta sit eius perfectio, quod præ-
stat hoc ipso capite. Alterum, quot
sint mouentia immobilia, quorum
aliquod sit prima simpliciter, & à
qua

quo reliqua pendeant, quod capite A sequenti explicatur. Tertio loco (quod fiet capite nono) quædam exponit, quæ ad eius operationem spectant. Docet igitur imprimis hoc loco, primum mouens perfectissimè mouere, ita nimirum, ut in mouendo nulla omnino ratione moueat. Mouet enim inquit, ut appetibile & intelligibile, quæ cùm mouent appetitum & intellectum, nihil omnino patiuntur. Quod quidem duobas modis accipi potest, & ut similitudo, & ut veritas. Ut similitudo quidem, quasi dicat, motum primi mouentis esse similem motui, quo res appetibilis & intelligibilis appetitum & intellectum mouet, in quo quidem sensu non explicatur, qualis sit motus, quæ primum mouens mouet; sed tantum cui motui sit similis. Ut veritas autem: quasi dicat, motum, quo mouet primum mouēs, esse motum ipsum, quo appetibile & intelligibile mouet appetitum, & intellectum inferiorum intelligentiarum, quæ ita sunt etiam immobiles motu physico, ut tamen moueātur à prima intelligentia, dum ab eis mente apprehenditur, & ut illi assimilentur, appetitur. Vtroque autem modo intelligendus est Aristoteles: Nam & motus, quo mouet primum mouēs, est similis motui quo intelligibile mouet intellectum, & appetibile appetitum, quatenus intellectus & appetitus mouendo nihil omnino patiuntur; & unus etiam ex motibus, quibus mouet inferiores intelligentias, est motus quo dicimus finem mouere métem & appetitum eorum quæ agunt propter finem apprehensum & desideratum. Ceterum quia motus hic non est proprius causæ efficientis, ut efficientis, sed finalis, necessariò sub similitudine, quæ hic proponitur, intelligi-

gendifus aliis motus, quo primum mouens mouet ut primum ac supremum agens; alioqui non loqucretur Aristoteles hoc loco de primo agente nisi per accidens, utpote in genere causæ finalis tantum. Motus autem primi agentis, ut est prima & suprema causa efficiens, consistit in eius influxu, quo cùm intelligentiis secundis in mouendo suo quoque orbe cælesti effectiuè concurrit. Ut enim illæ non mouerent suos orbes, nisi apprehenderent & appeterent assimilari primo mouenti tanquam supremo fini; ita nihil ageret, nisi illud ipsum summum bonum cum illis agendo concurreret.

B Itaque eius efficientia est applicatio virium inferiorum, mouémentum ad suum quoddque opus, in eo quod cum illis in agendo concurrit, idque independenter, cùm illa omnia dependenter cum eo simul agant, & explicitur in actu, ut ait D. Thomas, id quod virtute in illo continetur. Neque enim intelligentiæ mouent cælestes orbes propter generationem & corruptionem rerum inferiorum, ut propter finem, cùm finis nobilior esse debet iis quæ sūt ad finem, sed propter summum bonum, cuius similitudinem participate student.

C ** Horum autem prima.*

D **Q**UIA apud nos appetibile & intelligibile sape diversa sunt, cùm appetitus id quod sensus appetendum iudicat, intellectus autem refutandum potius & fugiendum ostendit; docet Aristoteles, primum appetibile non esse diuersum aliquid à primo intelligibili, sed rem unam & eandem. Neque enim ea tantum ratione est appetibile, quia videatur appetendum, sed quia re vera & natura sua est appetendum, & tale esse iudicatur ab intellectu, cui pri-

primum incorruptum iudicium de- ferendum est. Cuius rei causa expli- cat discrimen appetitus sensitivi, & voluntatis, qui est intellectius appetitus. Sensitivus enim quem sim- pliciter appetitū vocat, & sāpe con- cupiscentia vocatur, potius mouetur ab eo quod videtur bonum, quām ab eo quod re vera bonum & conueniens est; id quod ex eo accidit, quia sequitur iudicium sensus, qui apparētia consečatur bona, tamen si simpliciter & absolute bona non sint; & appetenti congruentia. At voluntas quia sequitur iudicium intellectus, potius mouetur ab eo quod bonum videtur; priuō enim & per se à solo vero bono moueri nata est, tamen si secundaria ratione aliquando moueat ab eo quod bonum apparet, neque est; vel quia trahitur quasi de orbi iudicio sensus contra iudicium intellectus; vel quia intellectus etiam ipse corrumpitur ab appetitu sensitivo, vt id bonum & appetendum iudicetur, quod sensui bonum & appetendum videtur, nec tamen appetenti bonum & appetendum est. At in primo appetibili alia est ratio. Necesse enim est, vt quia summum bonum est, non mo- dò sit simpliciter & absolute bonum, sed etiam tale esse videatur, cūm non cadat sub iudicium sensus, sed solius intellectus, qui in substan- tiis separatis non est coniunctus sen- fusi, vt ab eius iudicio, aut appetitu sensitivo, à vero iudicio in errorem inducatur. Vnde illud est, quod Theologi docent, Angelicam natu- ram non peccasse per errorem, per- uero nimis aliquo iudicio, sed quadam inconsideratione sive inad- vertentia.

* Potius enim appetitus.

ET si res non ideo sunt bona, & appetenda, quia tales esse vi-

A dentur, sed potius tales esse viden- tur (si tamen de vero & incorrupto iudicio loquamur) quia sunt bonae & appetenda: tamen si docet Aristoteles, appetitum, quicunque ille sit, siue sensitivus siue intellectivus, potius sequi aliquod iudicium siue sensus siue intellectus, quām iudicium sequatur appetitum. Ait autem [potius] quia peruersum iudicium intellectus aliquando sequitur appeti- tum, vt paulo antè dictum est, cūm intellectus à sensitivo appetitu cor- rumpitur contra proprium ipsius iu- dicium, ita vt id etiam ipse appeten- dum iudicet à voluntate, ad quod sensitivus appetitus inclinat. Quia tamen intellectus ipse per se consi- deratus, est primum & principale iu- dicandi principium, eo quod de o- mnibus rebus quoque modo in- telligibilibus, hoc est, & de rebus propriè intelligibilibus, & de sensi- bilibus (quæ etiam sub intellectum cadunt,) vniuersè iudicat, quod sen- fusi negatum est: iccirco vbi intel- lectus non est cum sensu coniunc- tus, vt in intelligentiis, eius pro- prium obiectum, à quo mouetur, est purè intelligibile, vt nihil sit pericu- li, ne à sensibilibus in iudicando cor- rumpatur.

* Intelligibile verò.

CVM ostendisset, prima uens perfectissimè mouere, vt pote vt mouens nulla ratione motum, idque quia mouet vt appetibile & intelligibile, nunc ostendit quadam quasi bipartita conclusione, illud esse perfectissimè intelligibile & perfectissimè appetibile, hoc est, natura sua omnium aptissimum & dignissimum, quod intelligatur & appetatur. Quod igitur ad priorem partem huius conclusionis attinet, ait Aristoteles, quemadmodum ea quæ mouent, & quæ mouentur, effi- ciuntur.

ciant quandam seriem sive ordinem, ut quoddam sit primum mouens quod non moueatur, aliud quod moueatur ab hoc, & aliud moueat; aliud quod ab hoc moueatur, neque aliud moueat (quem ordinem paulo superius tetigerat) ita intelligibilia suum quandam ordinem constituere, ut aliud sit intelligibile primum, nempe quo non sit aliud prius, per quod quasi superius & præstantius intelligatur; aliud secundum, quod per hoc intelligatur, sitque principium per quod aliud intelligatur: aliquid denique quod intelligatur quidem, sed iam non sit principium & ratio intelligendi alterius. Hic autem ordo planè cernitur in rebus quæ subintellectum cadūt, quæ quidem sunt substantiæ omnes & accidentia vniuersa; Ut enim ab inferioribus procedamus, accidentia intelligibilia quidem & ipsa sunt, sed tamen non sunt principia intelligendi substantiam ullam (nempe à priori, ut dici solet:) substantię verò sensibiles, non modò intelligibiles sunt, atque adeò natura sua magis intelligibiles quam accidentia, & per eas plurima accidentia à priori intelliguntur: at substantiæ quæ sensibus non percipiuntur, non modò sunt maximè intelligibiles, collatae cum accidentibus & substantiis sensibilibus, quia cum materia careant, sunt actus per se subsistentes; sed etiam per eas à priori intelligantur sensibiles substantiæ & accidentia. Inter has autem cum ordinem quoque perfectionis inter se habeant, ut necesse est, deueniatur ad primam eaurum quæ ipsa per nullam aliam à priori intelligatur, sed per ipsam ceteræ omnes, tandem per proprium omnium intelligendi principium; atque hæc sola est simpliciter & absolute omnium maximè intelligibilis, quia per se ipsam, & non

A per aliam à priori intelligi potest, & quod consequens est, ea sola est, quæ mouet ut primum intelligibile. Hanc autem substantiam vocat hoc loco Aristoteles simplicem, & quæ actu est, quia nullam omnino admittit compositionem, aut potentiam passiuam, alioqui iam aliquid esset prius illa, per quod à priori intelligeretur, & mouens aliquod, à quo eius passiva potentia ad actum reduceretur. Sed quia nōdum ostendit, sitne præstantissima hæc substantia una numero ampliores (tametsi reuera unam esse sentit) & aliquis credere posset, ipsum iam hoc loco affirmare esse unam numero, quia dicit esse simplicem, ideo ne quæstio hæc anteuerteretur, addit nō idem esse unum atque simplex. Unū enim, si positivè sumatur, & non ut individuum, habet rationem primæ mensuræ quantitatis, ut docuerat libro 10. simplex verò, quandam aliū modum essendi significat, quem negatione compositionis declaravimus.

Sed & bonum.

O Stendit alteram quasi propriae cōclusionis partem, nōmpe primum mouens esse perfectissimè appetibile, seu, quod idem est, natura sua aptissimum & dignissimum quod appetatur. Ait igitur bonum (subaudi per se) & eligibile per se, hoc est, propter se appetibile, in eadem serie esse, nimirum in qua est intelligibile per se. Et quicmadmodum id quod est intelligibile per se, & nō per aliud quicquam à priori, est maximè intelligibile: ita & id quod per se & non per aliud quicquam à priori seu per aliud est appetibile, est maximè appetibile, ac prouinde optimum. Quod autem idem sit primum supremumque intelligibile, & primum ac supremum ap-

peribile, quod est optimum, ex eo mouentur. Hoc igitur modo pri-
mum mouens quod ipsum est pri-
mum appetibile, finis est propter
quem participatione quadam simi-
litudinis imitatioꝝ obtainendum in-
feriores intelligentiæ orbes cælestes
mouent. Adde, si motus ita fusè su-
matur, ut motum quoque localem
non physicum, atque adeo motum
intellec[t]us ab intelligibili, & appe-
titus ab appetibili, comprehendat;
quo sensu dicimus mentes illas se-
paratas, saep[er] ex loco uno in alium
se conferre; & paulo antea dixit Ari-
stoteles, intellectum ab intelligibili
moueri; dici quoque posse intel-
ligentias non tantum mouere orbes
cælestes primi mouentis causa, sed
ip[s]as quoque moueri à se ipsis, & à
primo mouente excitari ac moueri,
ut aliquid agant eius imitandi grā-
tia. Verum hoc pacto quemadmodum
in hoc genere rerum immobi-
lium (quaꝝ nimirum omnis materiæ
tam sensibilis quam intelligibilis
expertes sunt) datur finis præexistēs
ei actioni, qua ille modo aliquo ac-
quiritur; ita dari potest finis qui per
actionem existere incipiat, ut si in-
telligentiæ inferiores moueantur à
se vel à Deo, ut nouum aliquod opus
conficiant.

** Quod autem id.*

Qvia quicquid appetibile est, fi-
nis esse potest (si tamen propter se
appetatur, & aliud propter illud)
finis autem in rebus immobilibus
locum non habet, quemadmodum
nec motus, quo finis acquiritur: id
que iam libro tertio in dubitationi-
bus propositis probatum videtur.
Obiici hoc loco poterat non recte
dictum esse, primum mouens esse
primum appetibile, ex hoc enim se-
quitur illud esse supremum finem.
Cui obiectioni occurrit Aristoteles,
ex diuisione finium satis constare
non esse negandum omnino finem
in rebus immobilibus: nā etsi in eis
non est finis, qui sic acquiratur per
motum, ut prius non extet, postea
vero per motum existere incipiat,
cuiusmodi finis est sanitas in cura-
tione, & forma substantialis in ge-
neratione; tamen non est in illis ne-
gandus is finis propter quē iam ex-
istentem aliquid mouecatur, aut mo-
ueat; quo pacto dicimus medium
locum in vniuerso esse finē propter
quem obtainendum terra & onus
in quibus ea dominiantur, deorsum

B

C

D

** Mouet autem et amatum.*

Dicitur primum mouens perfe-
ctissime mouere, & esse intelli-
gibile ac appetibile; nunc ostendit
reliqua omnia ab eo pendere, quaꝝ
maximā ipdicat diuinæ potētiæ per-
fectionem. Cuius rei causa imprimis
ait primum mouēs mouere ut amatu-
rum, intellige vniuersē quidem à re-
bus omnibus (quod videlicet omnes
aliquid eius perfectionis aſsequi stu-
deant) peculiari autem ratione à pri-
mo mobili, quod omnium rerum
caducarum conseruatio (quaꝝ omni-
bus & caducis & non caducis cari-
fima

sima est) ab eius motu pendeat, vt superius dictum est: motu enim diurno quo mouentur omnia sublunaria, fouet & quasi nutrit, temperatis & modicatis ceteris inferiorum orbium motibus. Deinde subdit, etsi primum mobile ea ratione qua mouetur, aliter atque aliter se habet, id tamen nihil eius perpetui-
tati officere. Neque enim aliter atque aliter se habet secundum substaniam, siue simpliciter, quia non mouetur motu generationis aut corruptionis, siue dispositiue, quia non mouetur motibus augmenti & decrementi, alterationisve eius, qua sit inter qualitates contrarias, sed solo motu locali, qui primus est omnium, eisque circulari qui est omnium localium perfectissimus, solisque ex omnibus perpetuis esse potest. Tertiò addit, etsi iam superius ostensum est, primum mouens esse immobile motu locali physico in genere considerato; ea peculiari ratione confirmari posse, quod motus circularis, qui est omnium localium primus, in eo locum non habet, cum ab eo primum efficiatur; ac proinde neque alias quisquam motus siue localis siue non localis. vt enim corpora cælestia qua sunt prima alterantia motu contrariarum qualitatum, ab eiusmodi alteratione immunia sunt; ita primum mouens circulari motu, immune est ab eo motu genere, ac proinde ab omni motu.

Necessarium igitur existit.

EX proximè dictis colligite amperfectionem primi mouentis, qua tantam habet virtutem, vt cætera omnia ab illo pendeant. Nam si motus circularis ac diurnus quo mouet primum orbem, & per cum omnes inferiores, necessarius est ad rerum caducarum conseruationem;

A multo magis necessarium erit ipsum primum mouens, eiisque summa virtus, à qua is motus prouenit, ac proinde reliqua omnia ab eo pendeant, siue quoad eorum motus siue quo ad eorum esse. Nam de caducis rebus perspicuum est eas quo ad esse motusque suos, ab illo pēdere, cùm eius vi gignantur, conseruentur, suaque exerceant munia: de cælestibus autem corporibus, quo ad eorum motus, quibus rerū inferiorum generationem & conseruationem administrant, idem aperte cernitur; quo ad esse verò eorum, ex eo colligi potest, quia res omnes qua habent potentiam passiuam, ut ab alia motu operentur, habent esse propter suas operationes, quibus perficiuntur. quo pacto Aristoteles in libris de cælo, intelligēdus est, cùm ait, vnum quodque esse propter suam operationem. Quo fit ut ipsa quoque cælestia corpora in suo esse à suis operationibus, seu (quod eodem redit) à se ipsis ut operantibus, quasi à suis peculiaribus ac proximis causis finalibus pēndeant, ac proinde ab aliqua efficiente ipsorum causa, ut postea ostendemus, vbi de intelligentiis idem dicendum esse docebimus.

Ait ergo Aristoteles, primum mouens necessariò existere ad bene, seu (quod idem est) ad finem, non solum tamen, sed aliarum omnium rerum, qua suo quæque modo imitantur conditionem quoad possunt diuinā, ut idem docet in libris de anima; neque id tantum quo ad earum operationes, sed etiam quo ad earum esse. Atque hoc modo primum mouens, ut earum finis, est earum primum & necessarium principium. Tribus modis, ut ait, aliquid dicitur necessarium. Uno, ratione vis illatæ ab aliqua externa causa; quæ necessitas in primum mouens cadere non potest, mouente ipso, quod est pri-

num mouens, & ab alio non pendens. Altero, ut melius aliquid obtineatur, non autem simpliciter, quo pacto equus est necessarius ad iter faciendum. Tertio, simpliciter siue nulla consideratione alicuius finis, sed ex eo solum, quod in se spectatum aliter habere non potest, siue alicuius finis respectu, ut cum dicimus totum esse maius sua parte, & triangulum habere tres angulos duobus rectis & quales: quo pacto primum mouens est res in se maxime omnium necessaria, quippe quod etsi nihil efficeret, tamen non posset non esse, aut operari internis suis operationibus, neque unquam in se ipso aliter atque aliter habere posset. Alicuius autem finis respectu, ut cum dicimus id esse necessarium, siue quo aliquid aliud nulla ratione obtineri potest. Atque hoc etiam modo est primum mouens necessarium, quia sine illo, & ut supremo fine, & (quod hinc sequitur) ut primo efficiente, nulla res alia potest consistere aut operari. Concludit ergo Aristoteles ex tali principio, & celestia corpora, & totam rerum naturam, quae illo inferior est, pendere.

i. Eius autem viuendi ratio.

Dicitur, primum motorem perfectissimam vitam degere, hoc est, summa felicitate frui. Cum enim perfecta felicitas in actibus nobilissimarum virium, quae ex illis sequitur, sincera voluptate, diu admodum duret, ac si fieri possit, nunquam omnino intermitatur..... debeat, non dubium est, quin primum mouens eam agat vitam perfectissimam. Atque ut ex iis quae in nobis accidunt, inuestigare modo aliquo id possimus, ex co-ordinatur Aristoteles, quod rationi maxime consentaneum est, ut nimirum

A ex eo breui admodum statu, si quando mens nostra praestantissimarum rerum cognitione, precipuarum virtutum amore & operatione, magna etiam affectuum tranquillitate, & pura vetorum bonorum voluptate & suavitate fruitur, colligere vtcunque possimus, qualis sit is vita status, quem perpetuo ille traducit. Neque enim carere his bonis unquam potest, qui eorum semper sufficientissima ex se nobis est causa, tametsi nos & necessitatibus mortalis vitae, & aliis quamplurimis obstaculis ab ea impediatur.

** Quandoquidem & eius actus.*

Cur perpetua sit primi motoris felicitas, ex eo probat, quia quilibet eius actus cognoscendi & amandi bona ea, quibus fruitur, ei voluptati est: hoc est, quae enim sunt talia, eorum exercitatio natura sua magna cum iucunditate potest esse continua, neque unquam intermit-ti. Quod autem in actu consistat, non in potentia neque in habitu, ut exponit Alexander, ex eo probat, quod actus sentiendi & intelligendi, quos in vigilia exercemus, iucundi-simi sunt: si modò sint rerum praestantium, & quae nobis caræ sint: quandoquidem nec recordatio praeteritarum rerum, nec spes futurorum nobis voluptatem afferunt, nisi quia illæ cum praesentes adessent, nobis iucundæ erant: haec vero, quia speramus nobis fore iucundas, cum carum compotes erimus. Quod denique actus intelligendi sit omnium actuum praestantissimus, ex eo ostendit, quia versatur in eo quod per se optimum est: intellectus enim cum ad omnia se extendat, non modò quae sensu percipiuntur, sed etiam quae altiora sunt, quam ut ea sensus possit attingere: id quod per se & natura sua optimum est, percipere potest,

• test, cuiusmodi est sola ipsius primi A tem actu, si applicetur ad intelligendum; habitu vero, si non applicetur, sed quasi dormiens quiescat. Vnde colligit Aristoteles præclarum illud & diuinum, quod intellectus videtur habere, dum actu vñitus est rei intelligibili, nec iam habitu dumtaxat magis esse huius diuini intellectus, quia omnino idem sunt in eo intellectus & intelligibile, nec iam per speciem rei alterius, nec per rem aliam vñitur summo bono, quod est ipse, quo fit ut eius contemplatio sit iucundissima & præstantissima ex omnibus actibus, quæ ad veram felicitatem spectat. Quod cum dixit, regreditur ad initium huius considerationis, & ait, si Deus ita se habet hac in re, ut nos habemus paruo illo tempore, quo experimur illas, ut ita dicam, diuinas delicias, mirabilem profectò esse, & eo mirabiliorē, si verius & melius ea felicitate fruitur: quod quidem certius est.

Mens vero se ipsam.

Ostantit hoc loco, quantum interit inter actum intelligendi earum mentium, quæ sunt infra Deum, quo nomine hic appellat primum motorem, & ipsum diuinum intelligendi actu, eamque voluptatem, quæ utrumque actum sequitur. Quodvt doceat, illud assumit, quod in 3. lib de anima docuerat, mētē siue intellectū nostrū dum adhuc in materia immersus est, assumptione rei intelligibilis (hoc est speciei alicuius intelligibilis, quæ res aliqua materialis beneficio intellectus à phantasmatisbus abstractur) se ipsum intellegere, fit enim, inquit, intelligibilis tactu quodam spirituali alterius rei materialis, sed quæ iam per propriā speciem spiritualis facta est. Atque hac ratione ait ille, fieri vnum atque idem id quod intelligit, & id quod intelligitur, quia quodammodo species rei materialis ab intellectu per sensus elicita, repræsentat ipsum intellectū, sicque intellectus informatur quodammodo specie sui. Est enim intellectus quasi thesaurus quidam rerum, potissimum vero substatiarum, quatenus intelligibiles sunt, utpote per earum species à phantasmatisbus abstractas, materiales quidem directè, immateriales autem (qualis est intellectus & mens ipsa) quasi obliquè, & ut quidam loquuntur, arguitiū. Quibus speciebus cùm intellectus ditatus est & ornatus, qui alioquin nullis speciebus præditus erat, tum deinde intelligit, actu aut habitu, qui priùs potentia tantum erat intelligens, quod nondum proximè dispositus esset ad intelligendum. Intelligit au-

Inest quoque ei vita.

VT melius explicet hanc Dei felicitatem, ait, eius vitam felicem in eo ipso esse, atque adeò ipsum esse ipsam eius felicitatem. Ait esse in eo ipso esse eius felicitatem, ut eam distinguat non modò ab eorum felicitatisbus, qui in rebus externis suā beatitudinem ponunt, veluti in diuitiis, honoribus, aut voluptatisbus, sed etiam à felicitate aliarum mentium, quæ non in se, sed in ipso Deo veram felicitatem habere possunt. Itaque habet in se felicitatem suam etiā obiectivè, quod nulli rei intelligenti (quæ sola felicitatis capax est) potest contingere; alioqui non frueretur summo bono, ut felix esset. Addit autem, Esse ipsam felicitatem, quia Deo, cùm actus omnino purus sit, non potest inesse felicitas quasi distinctum aliquid

X 3 ab eo

ab eo formaliter; quia iam daretur in eo potest alia passiva. Vnde inferit, Deum esse, esse viuens, eternum, & omnium optimum seu perfectissimum, aut potius ipsam omnium rerum exemplarem perfectionem. Alij pro viuente vertunt Animal. sed cum animalis nomen, quod Grecè est ζωή, dicatur & ἡ τῆς ζωῆς, hoc est, vita, nec animalibus soleat accommodari: nisi quia in eis expressior est vita quam in plantis, propter sensus & motū; non dubium esse debet, quin ab Aristotele in generali viuentis significatione hoc loco acceptum sit. Quod si in generali, quid opus est pro eo Latinum animalis nomen usurpare?

a. *Quicunque vero existimant.*

Digreditur ad eorum reprehensionem, qui primo principio non tantam attribuunt naturæ perfectionem, quam illis quæ ab illo emanarent, ducto argumento à C feminibus, quæ principia sunt eorum quæ ex iis nascuntur. Ait igitur, hos non rectè sensisse; quia in iis, etiam cernere licet maiorem perfectionem in principiis, quam in rebus quæ ex iis emergunt. Nam femina non sunt principalia principia, sed instrumentaria, quod decidunt rebus iam perfectis, ut eorum.

A interuentu alia similes gignantur. Quod cum dixit, reperit conclusiōnem, quam sibi præcipue ostendendā proposuerat, dari præter res mobiles aliquam substantiam immobilem, & a sensibilibus sciunctam, diuītio nimirum naturæ, non commercij, ut ita dicam, & administrationis.

a. *Demonstratum & illud.*

ET si eodem redit, eam substantiam, quam dicimus primum motorem, esse immobilem, atque dicere eam nulla magnitudine præditam esse; tamen quia in 8. Physicorum ea eriam ratione probatum, est illam esse omnis magnitudinis expertem, quia vel esset finitæ magnitudinis vel infinitæ, quarum hæc dari non potest, illa vero infinitam virtutem habere nequit, ut infinito tempore moueat (nempe independenter) qua tamen opus habet: hoc ipsum argumentum hoc loco breuiter repetit, quod nos fuisse & tractabimus, & expendemus.

b. *Sed & illud.*

REpetit quoq; id quod superius dixerat; esse eam substantiam omnis passionis & alterationis expertem, quod ne motui quidem locali possit esse obnoxia.

D

Κεφάλαιον. η.

C A P. VIII.

Text. 42.

Πρότερον οὐ μίαν γέτεον τὴν τοιαύν τὸν δόσιαν, ή τολμέον, καὶ πόστας, εἴτε μηλανθάνει, αἱλά μεμνηδόταις τοῖς τὸν αἴλαν δοτεφάσσεις, ὅπερι τοῦτο τολμήσει δόσιν εἰρήνατον, ὅπερι καὶ ταφέσεις εἰπεῖν. ἢ μήδη τῷ τοτὶ τοῖς ιδεαῖς τασσόληψις, τασσείας ἔχει σχέσιν εἰδῶν. αριθμὸς τῷ λέγοντος τοῖς ιδεαῖς.

Text. 43.

VTrum autem una huiusmodi sub- Text. 42. flantia, an plures, & quos ponende sint, latere non oportet, sed commemorare. etiam aliorum sententias; preseruum cum nihil de earum multitudine, quod quidem aperium sū, tradiderint. **b** Etenim idea- Text. 43. rum opinio nullam considerationem propriam haberet. Qui enim ideas inducent:

οι λέγουντες τὰς ἴδιας. τῷ δὲ γῇ τῷ αἴρ-
θμῶν, ὅτε μὲν ὡς τῷ αἰπέρων λέγου-
σιν, ὅτε δὲ ὡς μέχρι τὸ οἰκεῖον τὸ
εργμένων. διὸ λιγὸς δὲ αἰτίαν τοῦδε τοῦ
τὸν τὸν λέγεται σύνθετον, καὶ τὸν λέγεται
μὲν πολὺς διπλεῖται. οὐ μὲν δῆλον
ἐκ τῶν ιστοκεφάλων καὶ διωργομέ-
νων λεκτέον. οὐ μὲν δῆλον εἰπεῖν τὸ
πεώτων τῶν ὄντων, αἰκίητον καὶ καθ'
αὐτὸν, καὶ κατὰ Συμβεβηκός· κινοῦται
ἡ τῶν ταράτων καὶ αἴδειν, καὶ μίαν
κινησιν. εἶτα δὲ τὸ κινεύματον ἀνάγκη
τὸν πόλον κινεῖσθαι, καὶ τὸ ταράτον
κινοῦται αἰκίητον ἐναὶ καθ' αὐτὸν, καὶ
τῶν αἴδειν κινησιν τὸν αἴδειν κινεῖ-
σθαι, καὶ τῶν μίαν υφ' ἐνός· ὁρῶμεν δὲ
τὸν τοῦ τοῦ ταράτος τῶν αἰσθητῶν
Φορέαν, λιγὸν κινεῖν Φαρμῷ τῶν ταράτων
κινήσιν, καὶ αἰκίητον, ἀλλὰς Φορεῖς
χορας τὰς τῶν αἰλανήτων αἴδειν.
αἴδειν δὲ καὶ αἴστον τὸ κύκλῳ σῶ-
μα τοῦ θεοῦ τοῖς Φυσικοῖς τῷ
τούτων ἀνάγκη καὶ τούτων ἔκαστην
τῶν Φορῶν τὸν αἰκίητον τε κινεῖσθαι
καθ' αὐτὸν, καὶ αἴδειν κινήσια. οὐτε δέ
τῶν αἴσθρων Φύσις, αἴδειν τὸν κινεῖσθαι
αὐτοῖς καὶ τὸ κινοῦσθαι, αἴδειν, καὶ ταχ-
τερον τοῦ κινεύματος καὶ τὸ ταχτερον
οὐσίας, οὐσίαν ἀναγκαῖον ἐναί. οἱ Φα-
νεροὶ τοῖνις, ὅπις τοσαῦτας οὐσίας,
ἀναγκαῖον ἐναί, τῶν τε Φύσιν αἴδειν,
καὶ αἰκίητον καθ' αὐτὰς, καὶ αὖτε
μεγεθεῖν, Διὸ τὴν ἐρημόματαν αἰτίαν
ταχτερον. ὅτι μὲν οὐσίαν οὐσίας,
καὶ τούτων τῆς ταράτης καὶ θεοῦ τοῦ
κατὰ τὴν αὐτὴν τάξιν τῶν Φορῶν
τῶν αἴσθρων, Φανερού. τὸ δὲ τὸν τοῦ
τοῦ Φορῶν ὥστε τῆς οἰκειοτάτης

Aducunt, numeros eas esse afferunt;
de numeris autem interdum tantum de
infinitis loquuntur; interdum tantum
ad decem usque definiti sint; quia vero
de causa numerorum multitudine tanta
sit, nihil demonstrativo studio concludunt.

Nobis autem ex iis, quae posua est defi-
nita sunt, differendū. Principium enim
primum enīm et per se et per accidens
immobile est; primo autem et sempiterno
et uno motu motus. Cū autem id quod
motetur, ab aliquo moueri; primūque
mouēs, per se ipsum immobile esse; et semi-
piternum motum ab eo quod sempiter-
num est, proficiisci, unūtique ab uno profi-
cisci necesse sit: videamus vero preter sim-
plicem uniuersationem, qua primam et
immobilem substantiam mouere dicimus,
alias esse Lationes errantium stellarum
sempiternas (est enim corpus quod in or-
bem mouetur, sempiternum, quodque quis-
escere nequeat, ut in Physicis demonstra-
tum est) necesse profecto est, harum quoque
lationum singulas ab immobili per se semi-
piternaque substantia effici.

Nam et astrorum natura, sempiter-
na quadam substantia est, et id quod mo-
uet, sempiternū, et prius eo quod mouetur;
et quod substantiam antecedit, substantia
est necessario. Constat igitur necessaria
ratione tot esse substantias natura sua per-
petuas, et per se immobiles, ac magnitudi-
nis expertas, ob eam causam quam expo-
simus: Quod ergo substantiae sunt, et ca-
runt qua natura si prima, que secunda,
eo nomine ordine, quem stellarum latio-
nes seruant, perspicuum est. Text. 4.

Iam ipsarum lationum multitudine
ex Astrologia, que ex Mathematicis
scientiis, maximè coniuncta Philosophia
est, exquiri debet. Hac enim substantiam
sensibilem, sed perpetuam contemplatur:

cetera

Φιλοσοφίας, τῶν μαθηματικῶν ὀπτικημάτων, στροφοπέν, ὥστε τῆς αἰρολο-
γίας, αὗτη δέ τοις οὐσίας αἰθητῆς μὲν, αἴδειν δὲ, ποιεῖται τὸν θεωρίαν
οὐδὲν δέ

αὶ δὲ ἄλλαι τοῖς οὐδεμιᾶς οὐσίας; A cetera autem in substantia nulla versan-
τοιν, ὡς τοῖς σὺν αἰρεθμοῦς καὶ τῶν
γεωμετρίας ὅπις μὴν οὐκ ὀπλέσις
τῶν Φερεράμων αἱ Φοραὶ, Φωνερὸν
τοῖς καὶ μετρήσις ἡμερῶν. πολεῖος
ῷ ἔκαστον Φέρεται μεῖς τῶν ὀπλαν-
μένων ἀστρων. τόσατο δὲ αἴται τυγ-
χάνεσσιν οὔται, νῦν μὲν καὶ ἡμεῖς, ἀ-
λεγχοτοι τῶν μαθηματικῶν πνευ., ἐν-
νοίας χάριν λέγωμα, ὅπως ἢ τη̄
Διονοία τοῦτο οὐλορμένου θεο-
λαβεῖν. τὸ δὲ λοιπὸν, τὰ μὲν γηποι-
τέοις αὐτὸν σῇσι, τὰ δὲ πιστομένους
ῳδὴ τῶν γῆς· αὐτῶν, ἀλλὰ Φάντασι
ῳδὴ τὰ νῦν εἰρηνεὰ. τοῖς τούτοις
προσχωσίσμενοι, Φιλῶν μὲν αἱ-
Φολεραὶ, πείθεας δὲ τοῖς ἀκριβεστέ-
ροις. Ἐύδοξος μὲν οὐκ ἡλίου καὶ
σελήνης, ἐκατέρου τῶν Φορῶν ἐν
τερούν ἐπίθετο εἶναι σφάρας· ὃν τῶν
μὴν πεώτων, τῶν τῶν ἀπλανῶν ἀστρων
ἔννα· τῶν δὲ διβύτερον, κατὰ τὸ Διά
μεσῶν τῶν ζωδίων· τῶν δὲ τερτίων,
κατὰ τὸ λαλοξωρδίουν ἐν τῷ ὀπλάτει
τῶν ζωδίων. ἐν μέζυν δὲ ὀπλάτει
λελοξωρδίῃ, καθ' ὃν ἡ σελήνη Φέρεται,
ἢ καθ' ὃν ὁ ἥλιος. Τοῦτο δὲ ὀπλανωρδίων
ἀστρων ἐν τετραγρόνῳ ἐκάστη σφάρας.
καὶ τούτων σὲ τῶν μὴν πεώτων καὶ
διβύτερον τῶν αὐτῶν ἔννας ἐκείνας.
τέλος τοῦ τῶν ἀπλανῶν τῶν αἰστά-
σας Φέρεται εἶναι. καὶ τῶν ζωδίων
ταῦτα τετραγρόνων, καὶ κατὰ τὸ Διά
μεσῶν τῶν ζωδίων τῶν Φορῶν ἔχου-
σαν, καὶ τοὺς ἀπλανῶν ἔννα. τῆς δὲ τερ-
τίως ἀπάντων, σὺν ὀπλέσι τῷ Διά
μεσῶν τῶν ζωδίων εἶναι. τῆς δὲ τετρά-
της τῶν Φορῶν, καὶ διὰ τῶν λελοξωρδίων πολέσι τὸ μέσον Τετράς. εἶναι δὲ
τῆς τετρτης σφάρας σὺν ὀπλέσι, τῶν μὲν ἀλλων ἑπτάς· σὺν δὲ τῆς Αὐτο-
ρετίσις καὶ τοῦ Ερμοῦ, τῆς δικτύου. Καλλικράτης δὲ τῶν μὲν ίστον· τῶν
σφαρῶν, τῶν αὐτῶν ἐπίθετο Εὐδόξῳ, τούτεστον τῶν διπλανωτῶν τῶν τάξιν.

Text. 45.

Text. 46.

Text. 47.

Ac plures quidem esse lationes eorum que feruntur, iis etiam aperitum est, qui ut mediocriter rem hanc retinere. Nam pluribus una singula erat. atque stellarum feruntur. Quot autem he sunt, nunc quidem nos ea que à quibusdam Mathematicis traduntur, exponentes, cognitionis causa dicimus, ut certa aliqua definitaque multitudine mente percipiatur. Tum vero, quod reliquum est, alia à nobis querenda sunt, alia à querentibus interroganda, num praeceea ea que nunc dicta sunt, iis videantur, qui hisce in rebus versantur; ac viri que amandi sunt quidem, sed iis achaibeda fides qui accuratis huc discipiunt. Eudoxius b quidem scilicet & luna conversionem tribus utramque orbibus effici ponebat; quorum primus inerrantium stellarum esset; secundus, qui per medium Zodiacum ferretur; tertius vero, qui ducatur per eum circulum, qui in latitudine Signorum Zodiaci efficit inflexus; ambo in maiore latitudine inflexus esset it, in quo Luna, quam in quo mouetur Sol. Errantium vero stellarum motum qua- Text. 46.

tuor cuiusque orbibus contineri, quorum primus & secundus idem essent, qui in illis. Nam & eum esse, qui omnes secum ferret, inerrantium quoque stellarum esse; & eum qui sub eo collocaretur, quique per medium Zodiacum ferretur, omnibus esse communem. Tertij vero omnium lationum vertices in medio Zodiaci esse. Quarum autem lationem per eum circulum fieri, qui ad medium huius inflexus est. Esse porro tertij orbis vertices, aliarum stellarum proprios; Veneris autem & Mercurij, eosdem. Callippus autem situm orbium eundem quem Eudoxus ponebat, hoc est, inter uallorum ordinem:

quod

Text. 47.

τὸν ἡλίου, τῷ μὲν ρόδιος καὶ τῷ τὸν Κρόνου, τῷ αὐλῷ σκένων ἀπεδίδοντο ἦλιος καὶ τῷ σεληνίσι Δύο ὥστος ἐπι περιφερεῖας εἶναι σφάγχες, τῷ Φαινόμενῳ εἰ μελλεῖ τὸ διπλῶσθν τοῖς ἡλιποῖς τῶν πλανητῶν, εκάτω μίαν. ἀναγυρόντι, εἰ μελλουσι Γιατερθεσαὶ πάσαι, τὰ Φαινόμενα διπλῶσθν, καὶ ἐκαστὸν τῶν πλανημένων, ἐπερχεσσοφάγχεις μιᾶς ἐλάσποντας εἶναι τοις ἀνελίπουσας, καὶ εἰς τὸ Βαντὸ διπλῶσθν τῆς θέσης τὸ πρώτην σφάγχην, δει τοῦ παντού τετραγύμνην ἀσρό. οὕτω γὰρ μόνας εὑδεχθεὶς τῶν πλανητῶν Φερεγένει πανταχοῦ εἴδεται. ἐστὶ οὐδὲν εἰς αἷς μὲν αὐτὰ Φέρεται σφάγχαις, αἵ μὲν ὄκτω, αἵ δὲ τετραγύμνην εἰσιν τούτων γὰρ μόνας γένεται αὐτοῖς λεῖψαι, εἰς τοῦ γάρ τον ὑπεροντοπλάνων, ἐκκάθιδες ὁ γάρ απτασῶν ανερθμός, τῶντε Φερούσων καὶ τὸ ἀνελίπουσῶν Τεύχας, τεγμήκοντά τε καὶ πάντες. εἰ δὲ τὸ σεληνίσι καὶ τῷ ἡλιῳ μὴ περιφερεῖ τὸ αἷς εἰπομένη κυνήσεις, αἵ πασαι σφάγχαις ἔσονται ἐπίατα τοις τεοσαράκοντα. τὸ μὲν οὖν πληθυντὸν τὸ σφάγχων ἔσω τοσοῦτον: ὡς τοις ταῖς οὐσίαις καὶ ταῖς δέρχαις ταῖς αἰκινήτους καὶ ταῖς αἰσθηταῖς, τοσαῖς δὲ λογονταῖς τοῦ πλανητῶν. τὸ γάρ ἀναγκαῖον, αἴ φέρεται τοῖς ιοχυρούσιοις λέγεται. εἰ δὲ μηδεμίαν εἰσὶ τε εἶναι Φερεγένει Γιατερθεσαὶ περιφερεῖσι τοῦ Φερεγένει ἐπὶ τῷ πάσαι φύσιν καὶ πάσαι εἰσίσιαν αἰσθατή, καὶ καὶ αὐτοῖς, τοῖς δέξισι τελυχηκαὶ τέλεσι εἶναι δέν να μίζεται, δέδεμια δὲ εἰς τῷ πλανητῶν Τεύχας εἴτερα Φύσις, αἱκαὶ τῷ πλανητῶν αὐτοῖς τὸ οὐσιῶν. εἴτε γάρ εἰσιν εἴτερα, κινοῦσιν δὲ τὸ πληθυντὸν οὐσιαν Φερεγένει

Text. 48.

D
αἴκινήτους καὶ ταῖς αἰσθηταῖς, τοσαῖς δὲ λογονταῖς τοῦ πλανητῶν. τὸ γάρ ἀναγκαῖον, αἴ φέρεται τοῖς ιοχυρούσιοις λέγεται. εἰ δὲ μηδεμίαν εἰσὶ τε εἶναι Φερεγένει Γιατερθεσαὶ περιφερεῖσι τοῦ Φερεγένει ἐπὶ τῷ πάσαι φύσιν καὶ πάσαι εἰσίσιαν αἰσθατή, καὶ καὶ αὐτοῖς, τοῖς δέξισι τελυχηκαὶ τέλεσι εἶναι δέν να μίζεται, δέδεμια δὲ εἰς τῷ πλανητῶν Τεύχας εἴτερα Φύσις, αἱκαὶ τῷ πλανητῶν αὐτοῖς τὸ οὐσιῶν. εἴτε γάρ εἰσιν εἴτερα, κινοῦσιν δὲ τὸ πληθυντὸν οὐσιαν Φερεγένει

In Met. Arist, Funsecx Comm. Tom. 4.

A quod verò ad multitudinem attinet, Ioui quidem & Sarurno eandem quam ille tribuebat; Solis autem & Luna, duos item orbes addendos esse existimabat, si quis eorum qua apparent rationem redditurus esset, cuique autem cerebrarum errantium stellarum, unam. Esse vero necesse, si omnes simul orbes ita constituti sint, ut eorum qua cernuntur ratio reddi possit, singulis stellarum errantium ita idem alios orbes uno pauciores adhiberi, qui recte volvant, & semper in eundem suum restituunt primum orbem eius stelle que sub ea locata sit. Hoc enim duntat modo fieri posse ut latio errantium omnia efficiat. Cum igitur eorum orbium in quibus stelle mouentur, alijs quidē octo, alijs verò quinque & virginis sint; eos autem tantum revolvi non oporteat, in quibus infima stella feratur: efficiunt ut orbes quibus revoluntur ijs qui primas duas errantes continent, sex sint; quibus autem retro volvuntur, in quibus qualiusq; inferiores mouentur, sint sexdecim; numerus autem iam deferentium, quam quibus ipsi revoluntur, sint quinquaginta quinque. Quod si quis luna ac soli non addas eos moris quos diximus; omnes orbes novem Septem, sexas & quadraginta erunt. Ac orbium quidem multitudine tanta esto. Quo¹ sit ut rationi consentaneum sit substantia & principia tum immobilia tum sensibilia tot etiam esse existimare. Necessaria enim probatio iis relinquatur qui in tractandis his de rebus plus valent.

Quod¹ si latio nulla esse potest, qua ad motum alcuius astri non dirigatur; omnemque naturam atque omnem substantiam passionis experient. & qua per se est, finem optimum adeptam esse existimandum est; nulla profectio alia praeter has natura fuerit, sed hunc esse substantiarum numerum est necesse. Nam si aliæ sint, mouentur uisque cum latioris fines existant.

Graca vox.
Text. 48.

¹ ἀλλ' εἴναι γε ἄλλας Φορῆς αἰδήμων· Αἱ ut¹ praeceas qua dicta sunt, aliae sunt lationes, impossibile est; quod sanè ex iis qua feruntur, rationi consentaneum est existimare. Nam si omne quod defert, eius gratia quod defertur, institutum est; & omnis latio alicuius lati corporis est latio; nulla profecto latio vel sui vel alterius, sed stellarum causa fuerit. Si enim latio latioris causa sit, & illa etiam aliatarum causa esse oportebit. Quare cum in infinitum progredi non licet; omnis ubique latioris aliquod ex diuinis corporibus que in caelo sunt, finis erit.

Text. 49. Τετράγωνον τὸν σύρχον.

π. ὅπι δὲ εἰς οὐρανὸς, Φανερόν. εἰ γὰρ πλεῖστοι οἱ χρυσοὶ μῶσεροι οἱ αἰθρωτοί, ἔστι τοι μία η τοῦ ἔκαστου αἰρχῆ, αἰρθμῷ μὲν γε πολλά, ὅλως ἔχει. εἰς γὰρ λόγῳ η καὶ ὁ αὐτὸς πολλῶν οἷον αὐθέωπον· Σωκράτης γέ εἰς τὸ γέ τοι λιθὸν εἶναι, οὐκ ἔχει ὅλως τὸ πρῶτον. Συτελέχεια γάρ. ἐν μὴν ἀρχῇ καὶ λόγῳ καὶ διδόθμῳ, τὸ πεζῶτεν κινοῦσιν αἰκίνητον ὅν καὶ τὸ κινούμενον ἄρα αἰς καὶ Σωκράτης ἐν μόγον. εἰς ἄρα οὐρανὸς μόνον.

Text. 50.

προσδέδοιται γέ ταῦτα τὸ δέχαμών καὶ παλαιῶν, εἰ μόδου θηματικαὶ πατέρες εἰσιν οὐτι, καὶ πειθεῖτο τὸ θεῖον τὰ ὄλη φύσιν. ταῦτα λοιπὰ μυθικῶς ηδη πεσούχθη πεφετάλια τῶν πειθῶν πατέρων, καὶ πατέρες τοὺς εἰς σύνομούς καὶ τὸ Συμφέρον χρῆσιν. αἰθρωποισθεῖς τε γὰρ τέττους, καὶ τῶν ἄλλων ζώων ὁμοίωτοι λέγουσι, καὶ τούτης ἕτερα ἀκόλουθα καὶ προσδέδοιτο τοῖς εἰρημένοις· ὃν εἰ τις χωρέστας αὐτὸς λάβοι μόνον τὸ πεζῶτεν, ὅτι θεοὺς ὠντοτέλεσ πειθαρεῖσις εἶναι, θείως ἀνειρηθεῖν νομίσεις. καὶ πατέρες εἰς τὸ θεωτεῖον εἰσάγοντες τὸ φιλοσοφίας,

Text. 49. ² Cœlum autem unum, esse perspicuum est. Nam si cœli, quemadmodum & homines plures sunt, principium cuiusque unum erit specie, numero autem plura; at quecumque plura sunt numero, materiam habent: una enim aqua eadem est ratio plurimum, ut hominis; Socrates autem unus est. Quidam vero prima cum actus sit, materiam non habet. Unum igitur & ratione & numero est id quod primū mōnes, cum ipsum sit immobile; quo sit ut id quod semper continuoque motu cœtur, unum sit ratiū; quare & unum dicitur calum.

Text. 50. ³ Tradita sunt autem à veteribus priscisque hominibus, & fabula instar posteris relicta, hos esse Deos, totamque naturam à divinitate contineri. Reliqua vero iam ad vulgi persuasionem confitēta sunt, atque ad legum usum, utraq. utilitatem adiecta. Nam & humana speciem iis tribuunt & aliorum quadruplicandam animalium similes esse dicunt, aliaque que ex his sequentur, & iis que dicta sunt consentanea. E quibus si quis unum illud feligens primum accipiat, primas illas substantias Deos esse ab illis reputari; divinè profecto hec ab eis dicta censebit; & quemadmodum verisimile est, inuenia sepius, quoniam fieri potest, unaquaque arte ac Philosophia,

Text. 51.

καὶ τάλιν φθερμένων, καὶ τούτας αὐτοῦ συγκέντησις, has earum sententias quasi reliquias ad hanc usque aetatem seruandas esse. Ac paterna quidem, Text. 51. ~~Oppriscorum opino hactenus tantum nobis perfecta sit.~~

EXPLANATIO CAPITIS OCTAVI.

* *Vitrum autem una.*

Cum docuisset superiori capite, quanta sit virtus primi mouentis, tradit in hoc, vnae tantum sit an plures substantiae, quae primum mouant, hoc est, quae ita mouant motu physico, ut non moueantur ipsae, nec per se videlicet, quo pacto mouentur corpora, nec verò per accidens, qua ratione mouentur animae rationis participes, & aliae si quae sunt inexistentiae & indiuisibiles, quae motis corporibus, necesse est ut simul cum eis migrant ex uno loco aut situ in aliud. Quod si plures sint præter illam quae per se ipsam non exequitur motum, sed mouet tantum ut amata, quotnam illæ sint numero. Quam disputationem non ea tantum de causa suscipit: quod cohæreat cum iis quae hoc loco disputatione, sicutque huius tractationis propria; sed etiam quia cæteri de hac re nihil certi & explorati tradiderunt, quodque demonstrandi studio certa firmaque ratione sit inuentum & confirmatum.

* *Etimiam idearum opinio.*

Cum inter eos qui immateriales substantias modo aliquo posuerūt, Plato maximè introducēdis ideis videatur certum eorum numerum tetigisse; (sensit enim ideas nihil esse aliud quam ipsas rerum species, quae finitæ esse dicuntur, tamen ea cum indiuidua sint infinita) ex eo probat Aristoteles, nihil certi ab aliis ante se de hac re dictum fuisse; quia ne ex Platone quidem re vera colligi potest, finitas ne an infinitas posuerit: Nam cum præter mundi opificem nullas alias immateriales substantias esse senserit, eas verò numeratos separatos esse voluerit; quædam ex parte quidem videtur infinitas posuisse, cum numeri sint infiniti, alia verò ex parte finitas; quodque interdum significasse videatur, numerorum species ad decem tantum

usque procedere, eo quod fortasse cæterorum deinceps numerorum nomina missioneerim potius numerosum, quam putos & synceros numeros videantur significare. Quanquam ne hoc quidem illa demonstrativa ratione conatus est ostendere, sed solùm ex omnium fortasse gentium communis consuetudine, quod ubique synceti numeri denario terminentur. Cur autem id factum sit, alij dicunt, ctsi puri numeri, in quibus superiores non repertuntur, ultra denarium procedere potuissent, tamen denario terminatos esse, eo quod denarius generatus ex primis quatuor, qui quaternario quasi perfectione quadam concluduntur: nam vni duobus, tribus, & quatuor additis, denarius consurgit. Alij melius & ad naturam sibi accommodatè, quod decem sint ma-

Num digiti, quibus omnes nationes numerare solent, sed nihil hoc ad rem est ut substantiae immateriales aequaliter numeris, siue finitis, siue infinitis, siue puris & synceris, siue repetitione aliorum confectis.

* Nobis autem ex iis.

Cum alij nihil certi dixerint de substantiarum immaterialium numero; ipse demonstrandi studio ostendere nititur quoniam sint illæ, quatenus quidem ex iis quæ à nobis oculorum experientia de rebus cælestibus comperta sunt, licet colligere. Neque enim Aristoteles de aliis immaterialium substantiarum numero agit hoc loco, quam earum quæ à nobis ex naturalibus effectis investigari possunt; et si secundo libro de cælo non demonstratur, sed probabili quadam ratione suspicari videatur supra cæli totius cœuxum magnam beatarum mentium multitudinem sempiterno æuo perfici. Primum igitur colligit ex dictis, primum omnium mouens, quod non solum & per se & per accidens immobile, sed etiam primo motu mouet, & est primum ens ac independentis, unum tantum esse numero, eo quod 8. physicorum libro demonstratum sit sempiternum motum à sempiterno motore, & unum ab uno proficiunt, & (quod suppleri vult) primum à primo ac independenti. Deinde colligit cum videamus alios esse celestes motus inferiores motu primi mobilis, qui itidem simplices sint, & sempiterni, nempe errantium stellarum conuersiones (quarum sempiternitate & ex natura sempiterna corporum que in orbem mouentur, & ex propensione eorum, ut sine quiete illa motu mouantur, confirmat) necessariò inde effici, ut sint aliæ quoque substantiae inferiorum orbium motrices, quæ nec per,

A se, nec (quod supplendum est) per accidens moueri possint, siveque sempiternæ, quemadmodum & astra, quorum gratia mouentur orbis quibus sunt infixa, sempiterna sunt. Nam quod illæ sint re vera substantiae, non accidentia, ex eo constare docet, quod mouens est prius natura eo quod mouetur; quod si id quod mouetur, substantia est, potiori ratione id quod mouet, substantia erit, siquidem id quod substantia antecepit natura, substantia sit necesse est.

* Constat igitur necessaria.

Concludit demonstratum esse tot substantias orbium cœlestium motrices esse dandas, quæ & perpetuae sint, & per se moueri nequeant (Adde, nec per accidens, tametsi male repugnante Themistio) omnisque magnitudinis sint expertes, quot sunt ipsis orbes celestes, qui astrorum gratia mouentur. Neque enim putauit Aristoteles aut aliquem orbem moueri, qui unius multorumve astrorum causa non moveatur, aut aliquem esse omnis motus expertem, qualem nos dicimus esse omnium supremum, quem Empyreum appellamus, & Beatorum domicilium assertimus. Verum hinc etsi necessaria ratione demonstrari non potest, est tamen naturali rationi valde consentaneum, ut perpetuo quiescere credatur, quod non vicissitudinis generationum causa, quæ aliquando finem accipient, sed perpetua vita, ac quietis, conditus sit.

Simul etiam concludit, eundem ordinem esse in substantiis orbium cœlestium motribus, qui cernitur in ipsis astrorum latitudinibus. Cum autem id intelligendum sit de ordine dignitatis (nam de ordine situs res erat perspicua, & nulla consideratione digna) dubitari de hac recessione solet. Nam si ex astrorum latitudes

tiones digniores sunt quibus præstantiora defertuntur astra, ea profectò substantia que solarem orbem mouet, dignitate reliquis substancialiis antecellet, cum Sol astrorum omnium sit longè præstantissimum. Quod si lationum dignitas ex celeritate estimanda est, certè post substantiam illam à qua supremum mobile cetur, ea proximè ad illam dignitate accederet qua orbis lunæ mouetur; ex iis enim orbibus qui mobili supremo quasi contratio motu se opponere videntur, Lunæ orbem proprij motus celeritate cæteros anteire perspicuum est. Cui dubitationi sic est occurrēdum, ut non ex astrorum præstantia, aut ex motu celeritate metiri nos oportere motricium substanciali dignitatem, sed ex continentia actiua & passiua ipsorum orbium, & ex vniuersali astrorū virtute, ut ait D. Thomas, dicamus. Nā quæ mouent orbes, qui continent, latiusque patentis virtutis astra deferunt, nobilioris naturæ ac conditionis sint iis, quibus mouentur orbes contenti, & qui deferunt astra limitatoris virtutis, rationi consentaneum est; cuiusmodi sunt substantiae illæ, quibus superiores orbes mouentur. Cum autem difficile sit ostendere in his inferioribus, quænam sint effecta latius & minus late patentis virtutis astrorum, quæ D. Thomas conatur invenire, securius & proclivius est ex eo rationem redere, quod inferiorum & orbium & astrorum virtus subordinata per se virtuti superiorum, ut virtus inferiorum in agendo à virtute superiorum pendeat, non item virtus superiorum, ab inferiorum virtute. Sic enim sit ut plura sint superiorū effecta quam inferiorum, digniorque sit superiorum agendi ratio, quam inferiorum, ac proinde merita

A tò præstantioris naturæ substantia data sit mouendorum superiorum orbium cura & officium.

B Iam ipsarum lationum.

C

D

I Nuestigare incipit quot sunt substantiae cælorum motrices. Ac imprimis cum earum numerus colligendus sit ex numero eorum motuum quibus cælestes orbes mouentur; quot autem sint iij motus intelligi non possit sine Astrologiæ ad. niniculo, cuius obseruatione eorum artificiosa distinctio inuenta & notata est, docet Aristoteles, ab ea scientia petendum esse quot sint orbium cælestium lationes, præsertim cum Astrologia una ex omnibus Mathematicis disciplinis maximè familiari & coniuncta Philosophia sit Naturali Philosophiæ; ac proinde huic in qua versamur, quæ inuentiois ordine proximè post naturalem sequitur. Nam Arithmeticæ & Geometria de solis numeris & magnitudinibus agunt, iisque quasi abstractis à rebus in quibus insunt: Astrologia vero de præcipuo genere substanciali naturalium, de ea nimis quæ etiæ sensibilis tamen sempiterna est. Quod ita tamen intellige, ut non credas eam agere de ipsa eius generis natura, (id enim proprium Naturalis Philosophi est) sed de eius magnitudine, multitudine, figura, ac motu, tametsi à Naturali accipit, ut etiam de eius virtute ac influentiōne aliquatenus differet. Quod si Geographia de orbe terrarum disserit, qui etiam substantia est, ut de eius circuitu, deque longitudine & latitudine terræ habitabilis, eo tamen minus censetur coniuncta Naturali, & vlt̄rā naturali Philosophiæ, quod & eius subiectum minus dignitatis habet, & eius dogmata minus familiaria eisdem sunt, quam Astrologiæ pronunciata. Quo loco

Vides, Astrologiam quoque appellari Philosophiam, & in Philosophiae partibus numerari, tametsi ex numero Mathematicarum sit: quod cum aliquando fiat, vt diximus ad lib. I. tum in Astrologia potiori ratione visuuerit, propter subiecti eius dignitatem, et si Arithmeticā & Geometriā illam ea dignitate antecedant, quae ex demonstrandi certitudine sumitur.

** Ac plures quidem.*

Deinde illud certum esse assertit, in iis quae futuntur, hoc est, in eisdem astris (non omnibus tamen, sed in iis quae errantia vocamus) plures esse motus. Nam et si ad eius usque tempora, & post aliquor etiam secula, nullum motuum varietatem obseruasset in iis quae in firmamento sunt infixa, tamen vel mediocriter Astrologia imbuti, narrant errantium quodque pluribus motibus agitari. Primum quidem motu diurno firmamenti proprio ab Oriente in Occidentem.

Deinde motibus eorum propriis ab Occidente in Orientem disparibus inter se temporum spatiis: tum etiam motu, quem vocant latitudinis: quo aliquando in ipso Zodiaco à media linea ad Boream, aliquando ad Austrum declinant. Præterea eomotu quo aliquando à terra remotiona sunt, aliquando propinquiora. Denique obsernatum est, quædā interdum celerius, interdum tardius, interdum medio quodam modo moveri, quæ deformatas compositionem aliquam motuum videtur efficere. Quo fit ut cum ea varietas & deformatas motuum tribui non posset unū corpori simplici (omnes enim in eo conueniebant, vt unū corpori simplici unus tantum tribuendus esset motus omnino simplex, hoc est, nō solum simplex sed etiam

A uniformis) necessariò efficeretur apud omnes Astrologos, vt quot in caelo reperti erat motus, & motuum varietates, tot in eo essent afferendi orbes, qui non solum mouerentur suis motibus propriis, sed etiam motibus aliorum varie ducerentur.

** Quot autem ha finit.*

Denique docet, cum questio de numero lationum, quæ in cœlis sunt, ad Mathematicos pertineat, B planè coegisse, vt eam sententiam supponat, quæ sibi ex iis quæ ea ætate circunferabantur, verisimilior videatur, vt certus aliquis latitum, ac proinde orbium, & substantiarum mouentium numerus mente concipiatur. Nec tamen in ea opinione quæ tunc probabilior videatur, conquiescedum esse primo Philosopho, sed enitendum ei esse, vt per se aliiquid certius inueniat: potest enim ad eam rem Mathematicarum principiis quasi accommodatis vti. Tum etiam exquirendum ab iis, qui ea de re ex instituto agunt, num aliiquid eis verosimilius occurrat, idque diligenter examinandum, cum præfertum possit iure supremi artificicis inferiorum scientiarum rationes, veluti causas, ad suum quasi tribunal reuocare. Et quamquam utriusque & qui certius aliiquid invenient, & qui planè id quod quæcibant non sunt assecuti, amandi sunt, & utrisque gratiæ agendæ, atque adeò habedæ; iis tamen assentiendum, quibus accuratiū res tractata ac explicata est. Neque enim cuiusque benevolentia veritati aut maiori probabilitati præiudicare debet.

** Endoxus quidem.*

Ex iis quæ de motuum cœlorum & orbium numero apud Astrologos eisæ ætatis dicebantur, duas opinio-

opiniones feligit, vnam Eudoxij, ab A esse motum Firmamenti, à quo inter-
teram Callippi, quodd eæ ipsi vi-
derentur vero similiores, propterea
quod h̄i in eo conuenirent, vt dice-
rent, nullum orbem ponendum esse
in cœlo, qui non esset Mundi con-
centricus aut circa eius centrum pa-
ribus vndique spatiis non moue-
retur. Id enim congruebat omni-
no cum iis quæ ipse docuerat, & in Physicorum libris, & in iis quod de cœlo scripsit; omnino vniuersalem motum localem simplicium corpo-
rum esse vel à centro Mundi, vel ad illud, si rectus est; vel circa illud qua-
si circino designatus, si est circularis. Proinde non refert hac de re Pythagoreorum sententiam quasi absurdam, quod multos poserent in cœli orbes eccentricos, & epicyclos, qui circa propria centra volueren-
tur. Quoniā verò de firmamento sive inerratiū stellarum cœlo nulla tum erat dubitatio, num pluribus constaret orbibus, cùm primum mo-
bile esse crederetur; tota reliqua erat controuersia de Planetarum sive errantiū astrorum totalibus sphæris, quotnam in eis essent analtri orbes, hoc est, astris destituti; præter eos in quibus planetæ ipsi essent infixi, ve-
pote quæ satis essent ad rationē red-
dendam de ea motuum varietate ac deformitate, quæ in ipsorum Plane-
tarum motibus obseruata erat, sine detimento omnimodæ simplicitatis eorum motuum, qui cœlestium corporum debebatur.

Ac Eudoxius quidem, patria Gni-
dius, filius Åschinis Philosophi, So-
cratis discipulus, quique Platonis æ-
tate insignis Mathematicus habitus fuerat, tres deferentes orbes soli &
totidem Lunæ tribuerat, quorum supremo dicebat vtrumq[ue] Plane-
tam moueri ab Oriente in Occiden-
tem diurno motu super mundi Po-
los; neque enim credebat satis ad id

tiores omnes orbes rapere, scilicet potius ducerentur. Medio autem vo-
lēbat utrumque pariter moueri ab Occidente in Orientem, motu pro-
prio, super Polos Zodiaci. Infimo au-
tē similiiter moueri motu latitudinis Zodiaci, modò ad Boream, modò ad Austrum super Po'los in ipsa media linea Zodiaci, quæ Ecliptica dicitur, infixos; tametsi maiorem declinatio-
nem ad utramque partem concedebat Lunæ quam Soli. Nōdum enim planè compertum erat, Solem nunquam declinare ab Ecliptica, vt pos-
tea confitit; sed quemadmodum Luna perspicuè declinabat, ita puta-
batur accidere in Sole, tametsi mi-
nor declinatione, & quæ vix senti-
retur. Cuilibet autem cæterorum quinque Planetarum, non hos tan-
tum tres deferentes orbes ad similia munia cōcedebat Eudoxius, sed etiā addebat quartum, cuius officium esset, ita temperare motum tertij or-
bis, vt nunquam planeta motu eius ferretur extra totam latitudinem Zodiaci, sed eius ope reuocaretur retro, ac in sua regione, hoc est, intra zonam signorum Zodiaci, contine-
retur. Quocirca cùm hoc pacto sex poseret orbes ad motus omnes Solis & Lunæ administrandos, viginti au-
tem tribueret quinque reliquis pla-
netarum motibus exercendis; reli-
quum erat vt crederet non plures orbes esse sub firmamento quam sex & viginti.

Callippus verò Atheniensis Pla-
tonis olim auditor, qui cum Aristotele, vt ait Simplicius, in libros de cœlo Eudoxi inuenta correxit, etiā eundem situm orbium in quibus planetæ erant collocati, & ordinem interuallorum ponebat, quem Eu-
doxus constituerat: Saturnoque & Ioui non plures orbes, quam illæ, attribuebat, tamen Soli duos & toti-
dem

dem Lunę adiiciebat, vt eorum motuum diversitatis quæ in eis obseruata erat, ratio redderetur; tum singulis cæterorum Planetarum addebat singulos. Itaque orbibus 26. quos Eudoxus posuerat, orbem septem addebat, vt omnes essent tres & triginta, quos omnes deferentiū vocabulo appellat Aristoteles. Qui siue solus ipse, siue cum Callippo simul addendos existimat hoc loco orbes viginti duos, quos vocat reuoluentes, si omnium cælestium motuum ratio est reddenda, vt omnes essent 55. nempe tot reuoluentes singulis planetis attribueus, quot haberent deferentes uno pauciores, praterquam Lunæ, quæ cùm sub aliis omnibus Planetis locata esset, nō egreditur reuolentibus. Itaq. cùm hoc patto, sphærarum (id est totalium orbium, qui ex pluribus orbibus iunguntur ad varios motus ciuidē Planetae efficiendos) alij quidem orbes deferentes (nempe Saturni simul & Iouis) octo essent; alij vero deferentes similiter in quinque inferiorum Planetarum sphæris, essent quinque & viginti (quini videlicet, cuiusque) reuolentes autem Saturni & Iouis sex essent (nempe vtriusque terni) inferiorum autem quatuor sequentium reuolentes sexdecim, vt pote quarteni cuiuslibet (Lunæ enim quæ infima omnium est, reuolentes nullos ponebat, vt dictum est, Alexanderque, Themistius, & Philoponus Aristoteli intelligunt) efficitur ut eius sententia numerus deferentium & reuolentium simul quinquaginta quinque essent: à quibus si octo deminatur orbes, quos Callippus Soli & Lunæ simul addendos putauit, nempe quatuor deferentes vtriusque, duos Solis, & duos Lunæ, & quatuor item reuolentes Solis, quos ipse, vel solus, vel re cum Callippo communicata, hoc loco adiungit (neq; enim

A omnino audet Soli & Lunæ plures orbes quam tres illos, quos Eudoxus ponebat, attribuere reliqui erunt quadraginta septem. Nec certè dicendum erit oportuisse concludere reliquos esse 40. vt Soligini placuit, librariorum vitio tribuenti vt per nouem septem scriberentur, vt Simplicius loco citato reficit. Nam & Græci omnes codices quot videlicim, & omnes interpretes, vno excepto Perionio, legunt quadraginta septem, B non quadraginta nouem; estque hec certa & aperta deductio, si lunæ nulli orbis reuolentes tribuendi erant; quod & rationi ab Aristotele datae consentaneum est. Nā si ea de causa reuolentes orbis Planetarū sphæris concedebantur, vt primū orbē inferioris stellæ in eundem situm constituerent, vt motui Firmamenti ad amissim responderet (remitteretur enim quasi opposito motu ab occidente in orientem, vt D. Thomas expavit) cùm sub Sphæra lunæ nulla sit alia stella inferior; non erat cur in ea reuolentes orbis essent ponendi. Cur autem in superioribus sex sphæris ponat Aristoteles tot reuolentes orbis, quot deferentes, vno pauciores, non autem tot omnino; eam rationem reddit Alensis, quia orbis in quo astrum infixum erat, non indigebat reuolente. Qua verò de causa id accidebat, quemadmodum & plura alia, quæ à Callippo & Aristotele in hac ponenda sententia dictuntur; nihil attinet nūc in examen vocare. Nam & utraque opinio Eudoxi & Callippi, & cæterorum omnium, qui solos concentricos orbis in sphæris cælestibus ponunt, quam authoritate posterorum Astrologorum penè se pultam prius Ioannes Baptista Turrianus, deinde nostra ferme ætate Hieronymus Fracastorius eius vestigiis inhaerens, suscitarunt, atque auxerunt, eiusmo

LIB. XII. CAP. VIII. COMMENTARI.

eiusmodi est, ut pluribus Astrologis ac Philosophis non placeat. Etenim nec eorum omnium motuum & deformitatum, quæ in quoque Planetarum visuntur rationem reddere potest, multaque assumit, quæ maiorem vim inferunt dogmatis naturilibus, quæ Pythagoreorum sententie de Eccentricis & epicyclis, quam Ptolomeus, & alij Astrologorum doctissimi renouauerat, atque compleuerant. Id quod experiri licebit examinantibus libellum Fracastorij de homocentricis; cuius authoris conatus eti multis probatus est, quod sententia Aristotelis admittentis hoc loco & emendatis, opinionibus Eudoxi & Callippi magis esset consentanea, non omnino tamen res ipsa probata est, etiam Contarenio Cardinali eius authoris & studij fautori & Mæcenati, ut constat ex dubitationibus quas Contarenus eidem Fracastorio proposuit, quibus haud plenè ait sibi esse ab illo satisfactum: nec verentur alij posteriores scribere somnia illum quasi narrasse. Quid autem demum de re hac tota dicendum sit, seorsim fortasse diligenterius expendemus: interim non videtur contra naturam motus circularis (ex quo dicitur præcipuum contrariae partis argumentum) eccentricos orbes & epicyclos in cælo admittere: Dicuntur enim moueri, & circa Mundi cætrum, & circa propria centro, & peculiaria circa Mundum quidem centrum, quatenus sunt partes totalis Sphærae, quæ contraria est Mundo; quæ consideratio præcipua est: circa propria vero & peculiaria, quatenus per se sumuntur, quæ consideratio est posterior, cum partes, quatenus per se sumuntur, & in naturalibus, & in artificiosis operibus, ad esse totius dirigantur. Adde quod Fracastorius in eo opere septuaginta minimum orbes homo-

A centricos addit stelliferis, tam multis suistētaculis suam cæsentiam ~~admodum~~ Ptolomæus & alij qui 14 deferentibus (qui etiam homocentrici sunt) 27. eccentricos tantum, & sex epicyclos Planetarum orbibus adiungentes, omnium cælestium motuum & varietatum, incolumi cælesti natura, accurate rationem reddant. Ut interim omittam quod Fracastorius supra Firmamentum sex orbes ponendos existimat, cum illi duos tantum constituant, utpote nonum & decimum cælum, nullis ex orbibus compostos. Denique nec Aristoteli displace posse videtur hæc sententia, cum hoc ipso loco dixerit, non esse primo Philosopho conquescedum in ea sententia, quam ipse utcumque admittit, sed querendum illi esse per se, & petendum à peritoribus Astrologis, quid rādem certius inuenierint, quod sanè ab aliis, quæ à tantis authoribus, quantus est in Astrologia Ptolomeus, & alij similes, haud scio an tutò quæri possit.

Quo si ut rationi.

C Olligit ex dictis, rationi contentaneum esse, non planè demonstratum tot esse post primum motorem substantias motrices (quas vocat principia immobilia) tōtque orbes cælestes (qtos appellat principia sensibilia) quot hactenus sunt enumerata, utpote septem & quadraginta. Rationes vero necessarias ab iis esse expectandas, qui his de rebus (de motibus, inquam, cælestium corporum, orbiūmq; numero) ex instituto agut. In hoc enim illo plus valere ingenuè confitetur.

Quod filatio nulla.

I Ta quædam remouet, quibus ea quæ dicta sunt de substantiarum immaterialium numero infirmari

potest. Vnum est , si quis suadeat, A quasdam sc̄e eiusmodi substantias, quibus nulli respondeat cælestis motus, quasi non omnes in mouendis orbibus sint occupatae. Cui tacitæ obiectioni responderet, non ita rem habere : nam cum nulla sit cælestis latio quæ ad motum alicuius astri non dirigatur, ipsæque substantiæ immateriales infra primam ita sunt administræ eorum motuum, quibus errantia Astra circunducuntur , vt etiam sint eorum fines (quandoquidem eorum effectis fiunt suo modo similes primæ causæ, quæ est prima substantia immaterialis) non dubium putat dicendum nullas esse alias substantias immateriales infra primam , præter eas quibus orbes inferiorum mouentur , quæ sunt enumeratae. Oportet enim dicere huiusmodi substantias immateriales, cum sint passionis corporeæ expertes, & per se oīnino existentes, hoc est , ab omni materia concretione liberæ (quod optimum genus substantiarum est) esse optimum finem naturalem assequutas , qui in assimilatione ipsarum primæ causæ consistit: quare cum iis motibus quos administrant eam similitudinem assequantur ; fieri nequit , vt eos orbes non moueant; alioqui non essent optimum finem assequutæ. Quo fit ut nullæ eiusmodi substantiæ sint præter eas quibus illi mouentur. Fallitur D tamen Aristoteles in hac ratiocinatione; Nam cum substantiæ immateriales nullo modo pendeant ex rebus materialibus & corporeis; non potest earum optimus finis cōsistere in huiusmodi assimilatione, sed in ea quæ posita est in actibus intellectus & voluntatis , in quibus verè felicitas sita est. Potest tamen assimilatio ea quam hic significat Aristoteles , dici finis earum substantiarum quatenus sunt causæ sive concausæ rerum na-

turalium , non autem absolutè ac simpliciter. Quo pacto locus hic intelligetur de optimo earum fine. Illud etiam aduerte , huiusmodi substantias iccirco dici fines eorū motuum, quia motus ij sunt propter illas assimilandas primæ causæ, non ilæ propter motus.

I Atqui ut præter eas.

A Lterum , quo impugnari possunt ea quæ dicta sunt , huiusmodi est , Esse fortasse alias cælestiū corporum lationes, quæ à nobis non deprehendantur, atque ita effici posse ut et si omnes substantiæ immateriales moueant corpus aliquod cæleste, tamen plures illæ sint numero, quam quæ ex cognitis motibus collectæ sunt. Huic obiectioni responderet Aristoteles , fieri non posse vt aliae sint lationes corporum cælestium , quam quæ sunt dictæ ; non quod credat plures esse non posse, quam quæ eatenus cognitæ erant (pugnat enim secum ipse , qui exhortatur primum Philosophum vt certius aliquid de earum numero inquirat) sed quod plures esse nequeant , quam quæ percipi à nobis possint ex motibus cœlestibus, quibus solis credit certò sciri posse quot illæ sint. Nam cum omnis latio cœlestis sit alicuius astri circumferendi gratia ; fieri nequit vt sit latio aliqua quæ deprehendi non possit ex ipso & in ipso astro quod fertur, & à nobis apertè non conspiciatur : quod autem omnis latio cœlestium corporum sit alicuius astri ferendi ac circum terras ducendi gratia , ea ratione probat ; Quia alioqui vel esset propter se vel propter aliam lati- nem ; omnis enim latio est gratia eius quod fertur ; nulla autem sci- psam fert ; esse verò propter lati- nem aliam ea de causa dici non po- test, quia hoc pacto daretur progres- sus

sus in infinitum, nisi consistet in A numero quemadmodum & h[ab]entis, quorum principium (id est natura comitatis) vnum est ratione cum ipsi numero plures. Quod idem dicendum foret de partibus quibus diuersi Mundi constarent: Denique iis principiis, quibus eorum res continerentur atque administrarentur, ac proinde de substantiis immaterialibus, primaque omniu[m] causa. Cum igitur ea quae sunt plura numero sub eadem specie, aut ratione omnino B una materiam habeant, cuius divisione sub illa multiplicentur, ut ipse docuerat libro quinto; prima autem quidditas, hoc est, prima omniu[m] substantia, qua[m] est primus motor, cum sit actus purus (ut superius probatum est) materiam non habeat; fieri non potest ut plures numero sint primi motores, sed unus duxat, & ratione & numero. Quod si primus motor neque est neque esse potest nisi unus numerus, ergo nec primum mobile: quare nec Coelum sive Mundus. Idem eodem modo probare posset ex quavis alia immateriali substantia cuiusvis coelestis orbis motrice; imo etiam ex eo quod extra Mundum non est alia materia, neque eius sententia esse potest, ex qua Mundus alias fieri possit, ut probauit in libris de celo.

Tertium, ex iis quae possent ea quae dicta sunt, conuellere, illud est, si quis contendat plures esse Mundos, ac proinde plures orbis coelestes, pluresque substantias immateriales a quibus illi moueantur. Neque enim defuerunt qui plures Mundos esse docuerint, ut Democritus, qui infinitos esse dixit, quorum alij interdum ex atomorum concursu coalescerent, alij eorum dispersione dissoluerentur. Cui tacitae obiectio[n]i responderet Aristoteles, non modo non esse plures caelos, hoc est, Mundos (hic enim & sape alibi celi nomen pro Mundo accipit) sed neque etiam esse posse. Oporteret enim eos esse eisdem specie, ratione, definitione omnino una, plures autem

D verum hoc loco quedam dicuntur ac supponuntur ab Aristotele quae concedenda non sunt; primum est si plures numero essent Mundi, fore ut omnes essent idem specie infima. Possent enim esse specie differentes, ut pote si eius partes aut motus coelestium corporum primo motore inferiores specie differentes (cuiusmodi sunt plures domus, quarum alia essent ex lapidibus & cimento, aliae ex lignis & tabulis fabricatae essent: aut plures exercitus, quorum aliis bellum gerit equitando, aliis pedibus

cedendo) veluti si cōstarēt ex orbī bus & cōstibus, non eisdem specie cum orbiis huius mundi, ex aliis animalium, aut aliis cōstantiis ruptibiliū speciebus; aut substantiæ inferiorum orbium motrices essent specie diuersæ ab aliis, quibus mouentur huiusmodi orbes; quæ haud dubiè fieri potuerunt. Alterum est, quæcunque differunt sub eadem specie, habere verā ac propriè dictā materialē, qua distinguantur. Neque enim probandum est quod Scotus existimat, materialē hoc loco pro principio individuationis accipi, tū quia perspicuum est loqui Aristotelē de vera ac propriè dictā materia, qua mobiles substantiæ ab immaterialibus distinguuntur; tum etiā quia insolita omnino est apud Aristotelē hæc materia vslupatio; ac demum quia friuola esset hæc ratio iuxta Scotti explanationem constructa: Primus motor non habet principiū individuationis, ex quo constet sub aliqua natura communis; ergo neque est neque esse potest plures numero. De hac enim ipsa re quæstio erat, quam Aristocles ea sententia dis- soluit, & hoc loco & libro quinto creditur individuas substantias non distingui sub specie infima nisi per materialē; non quod putet ea non distingui per individuationis principia (hoc enim erat certissimum nec sub dubitationem cadere poterat) sed quod existimat principia individuationis eiusmodi substantiarum ex materia & forma sumi; cognosci verò per diuisionē materiæ ac quantitatis, quæ semper materialē cōmitatur. Atque hoc dicimus aut verum non esse aut certè non necessarium, vt fuisse diximus ad cap. 6. libri quinti, inferiusque evidentius ostendemus. Tertium est, si plures numero primi motores nec sunt nec esse possunt; ergo nec prima mobi-

A lia, quare nec plures Mundi. Nam & hoc verum non est; fieri enim potuit ut idein esset primus motor plurium primorum mobilium, quemadmodum & plurium Mundorum effector. Quid autem in causa fuerit ut Aristoteles veritatem hac in re non sit assequutus, paulo inferius videbimus.

"Tradita sunt autem."

B C Onfert ea quæ de substantiis immaterialibus dixerat, non modò cum iis quæ à Priscis Philosophis fabularum inuolucro de diis scripta erant, sed etiam cum iis quæ vulgò de eisdem ferebantur. Prisci enim Philosophi cùm poëtæ simul essent, versibusque res philosophicas & diuinas tractarent; Deorum nomine substatiæ immateriales intellexerūt, vt significanter res omnes naturales & corporeas ab incorporeis substantiis contineri ac gubernari: Qua in re cum ipso Primus enim motor qui solus propriè Dei nomine intelligitur, id efficit partim per se, partim per immobiles substatiæ, cœlorum motrices. Quod verò ad vulgi opinionē attrinet, reliqua omnia quæ de Diis circunferebantur ad persuasionem imperitæ multitudinis, quæ sublimia non capit, conficta fuisse ait, vt & leges melius obseruarentur, & ex Deorum cultu aliae vtilitates Rebus p. prouenirent. Huiusmodi autem erat imprimis illa quod hominibus insigniter fortibus, sapientibus, aut beneficis in Deorum numerū ascribendis, eisque statuis dedicandis, aristique & templis ædificandis, ad similes virtutes alij excitarentur: vnde illud longinquitate temporum cœnicbat, vt crederetur re vera in Deos esse translati. Neque id mirum, cùm & brutis quibusdam animantibus diuinus honor paulatim dari cœperit,

tit, si quas insigniter utiles gens aliqua experitetur, ut Ibes essent apud Agyptios, & nunc vaccæ sunt apud Bracmanas in India, quod illæ magna serpentum multitudine regio[n]e liberanda, permagnum importare commodum viderentur; haec verò à magna lactis copia eius superstitionis hominibus, qui carnibus non vescuntur, maximè conferre iudicentur. Ut autem non solum homines, sed etiam bestiæ hac ratione in Deorum ordinem ab imperita multitudine longo annorum decursu quasi cooptabantur; sic & substantiis immaterialibus, à quibus hic mundus regitur, astrisque, & signis cœlestibus non solum hominum sed etiam aliorum animalium nomina, actionesq; à poëtis in vulgi gratiam tribuebantur, aliisque quæ ex his sequuntur multazadeò ut ipsa quoque vitia (forsitan ut minus reprehenderentur in humana natura) eisdé rebus quas sic nominabant, impingerent. Ait ergo Aristoteles, si quis ex his omnibus primum illud felicitat, substantias cœlorum motrices, Deos (hoc est, diuinas incorporeasq; substantias) à priscis illis Philosophis reputari, præclaram diuinamque esse eorum sententiam: reliqua omnia quæ adiecta sunt, vana esse & inscientiæ plenissima.

^o Et quemadmodum verisimile.

QVæret aliquis, cum rerum cognitio paulatim & experiētia & doctrina augeri soleat, quid causæ fuerit, cur vera illa de diuinis substantiis opinio tanta obliuione obruta sit, ut vix eius reliquiæ superessent? Ad quam tacitam questio-

A nem respōdet, quemadmodum scientiæ & artes aliquando agentur, & quoad fieri à nobis potest per tractionem aliquando assequuntur, rursusque imminuuntur, & tandem intereunt; iterumque reuiuscunt; eodemque modo ex æterno tempore eam vicissitudinem fuisse & in æternum futuram: ita earum substantiarum cognitionem priscis illis temporibus floruisse; postea verò sic obliuioni traditam fuisse ut vix eius reliquiæ tum superessent. Cuius rei causam ipse in Meteoris eā esse ait, quod paci & quieti temporum, in quibus floret litterarum cultus, sepe succedunt bella, perturbationes Rerump. & interdum calamitates magnæ, & illuviones, quibus omnia pene studia intercidunt; rursusque contraria tempora reuertuntur, quibus litteræ, & plena rerum cognitione redeunt, & quasi renascuntur.

Verum neque æterna illa vicissitudo concedenda est; neq; ex eo tempore quo floruit apud priscos Theologos cognitione earum substantiarum, tot ac tantæ calamitates succederunt, ut earum causa vera illarum cognitionis in tantas eorum tenebras incurrerit: cum illud potius eius rei occasio fuerit, quod prisci illi de iis rebus Poëticè scriperint, ansamque dederint ut posteriores simili scribendi forma primam Philosophiam obscuriorem fecerint, donec Socrates & Plato cum familiariis de iis rebus disputassent, ipse primus plenā & aptam scribendi rationem, ac in scientiæ ordinem digestam cœpit inducere, nouamque lucem rebus tractandis & explicandis afferre.

καθάδην Σ'

CAPUT IX.

TA ἡ τοῖς τὸν νοῦν ἔχει λύνας σπορίας. οἱ καὶ μὲν γὰρ εἰναι τὸ φαινομένων θεότερον. τῶς δὲ ἔχων, τοιοῦτον ἀντίτινον, εἶχε λύνας πλυστήλιας. εἴτε γὰρ μηδὲν νοεῖ, οὐδὲν εἴτε τὸ σεμνόν· ἀλλ᾽ ἔχει ωταπερ ἀντίτινον ὁ καθόδους εἴτε νοεῖ, τούτῳ δὲ ἀλλο κύνερον (οὐ γάρ εἴτε τυμπάνον εἴτε αὐτὸν ηγούσια, νόησις, ἀλλὰ σύναψις) τοι δὲ ηρέσι οὐσία εἴη. Διὰ τὸ γάρ τοι νοεῖν, τοι πιμεν αὐτῷ τέταρχες. ἐπὶ δὲ εἴτε νοεῖ ηγούσια αὐτὸς, εἴτε νόησις εἴτε, οὐδὲν αὐτὸς αὐτὸν, οὐτε γόνην. οὐδὲ εἴτε τρέποντι, οὐδὲ τὸ αὐτὸν αἷς, οὐδὲ τὸ αὐτὸν αἴτιον τοιούτου, οὐδὲν, τὸ νοεῖν, τὸ καλὸν, οὐδὲ τὸ τυχόν; οὐδὲ τοιούτου τὸ διανοεῖδες τοῖς οὐσίαις; οὐδὲν τοιούτου, ὅπερ τὸ θεότατον καὶ λημώτατον νοεῖ, καὶ οὐ μεταβάλλεται. εἰς χείρον γὰρ ημεταβολὴ, καὶ η κίνησίς οὐδὲν τὸ τοιούτον. πεπάντων μὲν οὖν εἰς μηδένος εἴτε αὐτὸς σύναψις, δύλογον ἀπίποντα εἴτε τὸ λειτουργεῖσαν αὐτῷ τῆς νοήσεως. ἐπειδὴ σφῆλοις ὅπερ ἀλλό τι δὲν εἴη λημώτατον οὐδὲν, τὸ νοεύματον. καὶ γὰρ τὸ νοεῖν καὶ η νόησις τέταρχες, καὶ τὸ κέρετον νοοῦντι. ὥστε φύκιον τοῦτο. καὶ γὰρ μηδὲ οὔται εἴσια, κρείτον η οὔταιν. τοι δὲν εἴτε τὸ αὐτούτου η νόησις. αὐτὸς αἴτιος νοεῖ, εἴτες εἴτε τὸ κρεπτίσον. οὐδὲν η νόησις, νοήσεως νόησις. φαίνεται δὲ αἵτιος η θεῖσημη καὶ η αὐθητος καὶ η σύζητα, καὶ η διάνοια αὐτῆς δὲν ταρέργω.

intelligentia intelligentia esse potest. ^b Verum semper scientia alterius esse videtur, ut inquit sensus, opinio, et cogitatio sui autem ipsius, ex accidente.

Quia ^a autem de mente traduntur, quasdam dubitationes habent. Eorum enim qua se nobis offerunt, diuinissimum quiddam ea esse videatur. Quo autem modo se babens talis esse possit, difficile explicari est. Nam siue nihil intelligit, sed more dormientis affecta est, B quid quo excellens et eximium erit siue intelligit quidem, sed aliud est ea praestantia (neque enim hoc, quod est eius substantia, intelligendi actus, sed potentia erit) non utique optimum aliquid eius substantia fuerit. Eius enim praestantia in intelligendo sua est.

Præterea ^c siue mens siue intelligentia (hoc est actus intelligendi) substantia eius sit, quid tandem intelligit? Aut enim se ipsa, aut aliquid aliud. Quod si quid aliud; aut idem semper, aut aliud C aque aliud. Intererit ne igitur, an nihil referat, bonum an quidvis intelligatur? An verò absurdum est eā de quibusdam cogitare? Ac constat quidem id quod diuinissimum praestantissimumque sit, intelligere, neque etiam mutari. In deteriorius enim mutatio sit; idque iam motus quidam esset.

Primum igitur ^d siue intelligentia non est, sed intelligendi potentia; rationi consonum est laboriosam ei esse intelligendi continuationem.

D Deinde ^e perspicuum est, aliquid aliud ipsa mente fore praestans, id nemirum quod intelligetur. Nam et ipsum intelligere et intelligentia, et deteriorum quid intelligenti conueniet. Quare si fugiendum hoc est (etenim quedam sunt qua melius sit non cernere) non erit utique optimum quid intelligentia. Seipsa igitur intelligit, siquidē est res omnium praestantissima. Et intelligentia quidem

^b ἐπ εἰς ἄλλο τὸ νοεῖν καὶ τὸ νοεῖσθαι, A Πρετερά ^b si aliud est intelligere, intelligi, utro eorum boni ratio neque enim idem est in se entia natura & ratio, a que eius quod intelligitur.

An^c in quibusdam idem est scientia atque res ipsa? in iis quidem qua sub actionem cadunt ipsa substantia sive materia atque ratio rei; in iis autem que contemplationi subsuntur ratio, res, & intelligencia. Cum igitur non aliud sit id quod mente percipitur, atque mens ipsa; quacumque materiam non habent, idem erunt ac intelligentia una eius quod intelligitur.

^b Restat etiam dubitatio, an compositum sit id quod intelligitur: in paribus enim totius mutari poterit. An indivisiibile^d est quicquid materiam non habet, velut mens humana? An ea^e qua rerum compositarum est, in quodam tempore bene habet? Non enim in toto aliquo (quo aliud quiddam est) sed in hoc aut in illo opimo statu fruisur. Atque

hoc modo se in omni eternitate habet ipsa sui intelligentia.

EXPLANATIO CAPITIS NONI.

^c Que autem de Mente.

 Vm à principio capituli 7. tria quædam explicare cœpisset, nempe quanta sit primi motoris perfectio, quo nam sint mouentia immobilia, & quo pacto se habeat eius operatio, sintque duo priora duobus superioribus capitibus exposita: nunc ad tertium aggreditur. Sed cum primi motoris operatio ad intellectum & voluntatem pertineat (neque enim actione illa, quam intellectus & voluntas, operatur,) hoc ipso in capite tres de illo quæstiones, quatenus est summum intelligibile, proponit ac dissoluit, ea disputatione in caput sequens ultimè quædam dilata, qua ratione ille sit summum bonum sive amabile. Ait igitur de prima illa supremaque mente substantiæ separata (subaudi quatenus est primum intelligibile & primum amabile, ut superius docuerat) quasdam esse dubitationes. Etsi enim planè videtur ac constat, omniumque nationum ac gentium consensu receptum est, illam esse optimum quiddam ac diuinissimum: tamen qua ratione tantam præstantiam dignitatèque sibi vendicet, difficile explicari posse, propter dubia difficultatesque, quæ in ea re scese offerunt: quæ quidem (quod attinet ad disputationem

de

~~ut summo intelligibili~~) ut sub vnum aspectum ponantur, hæ sunt. Prima, Num ~~obstantia~~ illa sit sua ipsius intelligendi operatio necne : secunda, Quidnam intelligatur: Tertia, Num simplici, an composita intelligendi ratio ne intelligatur.

b Nam si nihil intelligit.

Proponit primam difficultatem, quæ questionem, seu potius pro parte affirmativa, quæ vera est, more dubitantis tractat. Quæ quæstio ut facilius expediatur, in memoriā reuocandum est ex libris de Anima, tribus modis consensi posse intellectum cum suo intelligendi actu. Vno, cum eo quem non habet, sed habere potest; siue per ipsam solam intelligendi potentiam, siue etiam per habitum intelligendi, qui potentia quoque rationem habet, ut patet ex libro 9. Altero, cum eo actu quem habet, ita tamen ut intellectus non sit ipse eius intelligendi actus. Tertio, ita cum actu quo intelligit, ut non modò illo intelligat, sed etiam sit ipse intelligendi actus. Ratio igitur, qua vtitur, hanc viam habet: Præstantia primæ illius mentis ab intelligendi actu ei prouenire dicenda est, quemadmodum & aliis immaterialibus substatiis, quæ etiam hac de causa intelligentia nominantur; præstantior enim est intellectus quam voluntas, & intelligendi actus quam voluntatis, ut ex 3. de Anima & 10. Ethicorum patet: Necesse est, ut si mens illa est omnium rerum præstantissima (quod ex communī consensu suppositum est) in intelligendo id spectandum sit. Atqui siue illa dicatur esse in potentia ad intelligendum, siue actu sic intelligat, ut non sit ipse eius intelligendi actus, non erit res præstantissima: nec satis igitur videtur concedendum, illam esse ipsum eius intelligendi actu siue operationem. Priorem assumptionis partem ex eo probat, quia ut præstantius est vigilare quam vigi-

A late posse; ita præstantius est intelligere actu, quam posse intelligere. Quanquam enim hoc præstans est, non est tamen præstantissimum ac eximum; qua de causa ipse dixerat in Ethicis: Vitæ dimidio, hoc est, somni tempore, nihil differre probos ab improbis, aut fœlices ab infœlicibus; eo quod omnes dormientes potentiam quidem habeant ad exercendas virtutum actiones, actum autem virtutis nullum exerceant. Posteriorem autem partem ea ratione suadet, quia et si mens illa actu intelligat, & tamen eius substantia non sit ipse intelligendi actus, adhuc mens ipsa nō erit aliquid optimum, ut suppositum est, cum per ipsum actum à se diuersum, ut ab aduersario ponitur, perficiatur; præsertim cum ostensum sit libro nono, actum esse præstantiorem potentia: quod de actibus immanentibus dictum esse perspicuum est, si modò alind sint ab ipsis potentiiis.

c Præterea siue intellectus.

Quicquid ad primam quæstionem dicendum sit, secundam & proponit, & dubitantis etiā more ira tractat, ut ex conclusione quam hic colligit, id quod postea definiturus est, planè sequatur. Quæstio est, quid demum mens illa intelligat; si enim aliud à se ipsa intelligit, cum cætera sint plurima atque admodum varia, quorū alia sunt præstantia, alia vilia & abiecta; indignum videbitur eius maiestate, quilibet eorum intelligere, siue semper omnia intelligat, siue modò hoc, modò illud, præsertim cum haec intelligendi vicissitudo sine mutatione non fieret, à qua mens illa

libera

Liberum omnino esse ponitur. Cum Acat molestiam quæ lassitudine & debilitatem indicat, ut ferunt expositores accipiatur. Id enim intelligenter continuatio laboriosa nobis est, non ex eo prouenit, quia in nobis aliud est intelligendi potentia, aliud ipse intelligendi actus: hac enim ratione laboriosa esset continuatio intelligendi, iis substantiis separatis, quæ sunt primæ inferiores, in quibus necessariò diuersa est potentia. intelligendi ab intelligendi

B actu, quicquid velint nescio qui Averrois sectatores, ut patebit inferioris. Esset etiam in nobis eodem modo futurus laboriosus is actus, quo diuinæ naturæ conspectu felices nos speramus fore. Mentes enim nostræ post hanc vitam etsi naturaliter sibi ipsis relinquetur, continuo quoque intelligendi fatigantur, nisi quis absurdissime somniaret, intellectum nostrum, quem in hac vita diuersum ab intelligendi C actu experimut, cum animæ à corporibus separantur, in actuum intelligendi transformari. Denique cum nullius actus continuatio sit laboriosa, seu molesta alicui rei, nisi quæ naturam eius, aut aliquam eius partem laedit, quo pacto omnium nostrorum operationum continuatio laboriosa nobis in hac vita est propter usum mortalium membrorum ad eas concurrentium (nam & ad intelligendum corporeophantasiæ organo utimur) nihil proficit ex distinctione potentiarum intelligendi nostrarum ab actu intelligendi colligi potest. Unde vniuersè inferetur, continuacionem intelligendi fore laboriosam molestiamque cuicunque intellectui, qui ab actu intelligendi diuersus sit.

Sunt igitur qui velint non usque ad eam absurdam rationem hanc Aristotelis, ut sua probabilitate non careat. Quod ut videamus an verum:

In Met. Arist. Fonsecæ Comm.

Tom. 4.

lit, inaduertendum est, Aristote-
lem posse (quod & verum est)
diuersam à suo actu, cuiusmodi est
potentia cognoscendi & appetendi
omnium creaturarum, ut inferius
patebit. Deinde hæc duo, potentia-
rum cognoscendi & appetendi crea-
turarum, esse mutabilia ex uno actu
in alium; quod æquè verum esse
affirmant Theologi. Nam etsi sub-
stantia separata ex naturali propen-
sione sua, nunquam ab actibus se in-
telligendi & amandi cessant; tamen
erga res alias non ita affectæ sunt,
ut vicissim ex cognitione & amore
vnius ad cognitionem & amorem
aliarum non transeant, in qua vicis-
studine vera mutatio cernitur. Eo-
dèinde modo etsi non tantum substantia
ille sed mentes etiam no-
stræ, cum claram & apertam diuinæ
essentiæ contemplationem superna-
turali dono adipiscuntur, ab ea vi-
denda & fruenda cessare nequeunt;
tamen in rebus aliis cognoscendis
& amandis (præterquam se ipsis)
sæpe ex uno actu in alium vicissim
mutatur. Cùm ergo Aristoteles col-
ligit si in Mente illa suprema diuer-
sa res esset intelligendi potentia &
actus intelligendi, fore ut molesta ei
esset intelligendi continuatio; non
propterea id illum dixisse creden-
dum est, quod putauerit fatigan-
dam iri in continuanda cognitione
sui, quæ illi est suauissima, quem-
admodum & continuatio intelligen-
di & substantiarum separatarum &
nostrarum mentium, cum à corpo-
ribus sciundæ sunt. Sed ea de causa
id asserere potuit, quia cum data in
Deo diueritate potetiæ intellectuæ;
necessariò concedenda erat mutabi-
litas intellectus diuini erga res alias
à se, ut modò has modò illas posset
intelligere, ut ex dictis patet: credi-
dit ille, etsi substantiis omnibus

A immaterialibus quoad actus se in-
telligendi non sit molesta continua-
tio, eo quod naturalis eis sit, & mo-
re proprietatis illis conueniat, vt li-
bro 9. diximus; tamen quod in acti-
bus intelligendi cetera, necessaria
est, vt res alias atque alias à se diuer-
sas distinctè intelligent. Molestem
est enim culibet rei nondum asse-
quutam se esse quod cupit, etsi ea
molestia lassitudinem debilitatemve
non efficiat. Atque hæc videret
esse Themistij sententia. Quod etsi
verisimile Aristoteli vtcunque vi-
deri potuit, neque in eo iam locum
habet solutio illa de fatigacione
organii corporei, quæ in illis substani-
tiis esse non potest; re tamen vera
verisimile non est; continuatio enim
sive assiduitas discurrendi per varias
res, cum libera est, non est molesta
sed iucunda, præsertim cum assecutio
eiusmodi cognitionis sit eis substani-
tiis facillima. Non est tamen pro-
pterea reprehendendus Aristoteles,
quod ratione proposita in hoc sensu
vñus sit; tum quia in ipsa reddenda
planè significauit, eam non esse ne-
cessariam sed probabilem, seu ratio-
ni consonam, vt ei fortasse visa est,
in re præsertim à nostris sensibus re-
motissima, tum etiam ac præcipue,
quia statim adiecturus erat ratio-
nem aliam, quæ vera & germana
est, ad confirmandam eandem con-
clusionem, & eam simul qua ad
eandem questionem responden-
dum est.

Verum quia sæpe Aristoteles ra-
tiones necessarias, modestiæ causa
vocat rationi consentaneas; in hac
autem re quæ est grauissima, cre-
dendum est illum nonnisi firmis
argumentis vti voluisse; forsitan di-
cendum est, laboriosæ continuatio-
nis nomine in capienda notitia tam
multarum rerum, negotiosam potius
& solicitam discurrendi assiduitatem
intel

intelligendam esse, qua Mens illa A suprema ex aliis rebus extra se in alias discurseret, si in ea intelligendi potentia non esset ipse vnicus actus quo se ipsam intelligit. Voluit enim à Deo excludere, non laborem & molestiam ullam, sive quæ ad interitum disponit, sive quancunque aliam, quam apertum erat in nullam earum beatarum intentum posse cadere; sed eam curam & solicitudinem, tametsi suauem, quæ in aliis inferioribus separatis necessariò dàda est, cùm res alias à se non cognoscat distinctè illo eodem conceptu, quo se ipsas intelligunt, sed necessariò aliis aliisque eorum propriis conceptibus.

e Deinde perspicuum est.

Adit altera ratione ad eandem conclusionem confirmandam, qua etiam conclusionem, quæ secundæ questioni danda est, demonstram ostendit. Ratio huiusmodi est; si més illa non esset actus ipse intelligendi, sed tantum potētia ad intelligendum, certè aliquid aliud foret illa præstantius; non quidem ipse actus intelligendi absolute acceptus, quem etiam ab illa diuersum esse ponit aduersarius; sed aliquid aliud diuersum à potentia & actu, quod per actum intelligeretur: at hoc est contra id quod positum initio disputationis erat, esse videlicet Mentem illam rem omnium præstantissimam; necessariò igitur dicendum est, mentem illam nō esse potentiam solam, neque etiam actum ipsum simpliciter & absolute acceptum, sed quatenus illa per eum se ipsam intelligit. Maior propositio ex eo quoad priorem partem perspicua est, quia potentia intelligendi cùm distinguitur ab actu, necessariò est imperfetta. Secundam ea ratione probat Aristoteles, quia actus intelligendi accipit

A perfectionem ex obiecto, quemadmodū & actus videndi; unde admodum aspectus rerum quæ visu percipi possunt, sunt pulchriores; quo autem sunt viliores, aut etiam turpiores, eo est vilior aut magis fugiendus (præstat enim, quædam vilia & abiecta non cerne; ita intelligendi actus, quo in rebus perfectioribus versatur, eo perfectior est & nobilior; quo autem in B iis quæ abiectiora sunt aut etiam turpiora, eo abiectior est aut deterior. Quocirca si Mens illa versaretur in cognoscendis rebus, quārumcūque vilibus & abiectis, aut etiam turpibus, & ipsum quoque intelligere, sive intelligendi actus, & indigñissimæ etiam ac deterimæ rerum conditiones illi conuenirent. Tertia pars ex eo patet, quia aduersarius singitus ponere Mentem illam esse potentiam tantum intelligendi, unde fit vt necessariò cogatur dicere id quod præstantissimum est, ab ea diversum esse: nunc autem probatum est, actum intelligendi simpliciter & absolute acceptum non esse rem omnium præstantissimam: quo fit vt necessariò afferere debeat, rem illam, quæ præstantissima concipitur, diuersam esse ab utroque, & à potentia intelligendi, & ab ipso intelligendi actu absolute sumpto. Cùm hoc igitur sit contra hypothesis, vt ait minor propositio, potius dicendum est, mente illam non solum esse potentiam intelligendi, sed etiam ipsum intelligendi actum, non quidem absolute sumptum, quo pacto ad quælibet intelligenda se extendit, ut rectè probatum est; sed quatenus per eum res præstantissima intelliguntur, ac proinde quo Mens ipsa se ipsam intelligit: hoc enim pacto omnia salua sunt, & cohærent inter se, & quod Més illa sit res omnium.

A a. 2. præ-

~~præstantissima, vt positum erat, nihil aliud sit illa præstantius, & quod non solum semper actus intelligatur, sed etiam sit ipse actus intelligendi sui tanquam rei præstantissimæ.~~

Aduerte autem, rationem hanc sola perspicuitate differre ab ea, qua Aristoteles more dubitantis, initio disputationis usus fuerat, ad probandum, Mentem illam supremam, non solum esse potentiam intelligendi, sed ipsum etiam intelligendi actum. Ibi enim satis videtur esse, si intelligatur concludi Mensem illam esse actum ipsum intelligendi absolutè acceptū, quia semper actus immanens, præstantior est quam potentia. Hac autem explicatur, actum intelligendi non quomodocumque sumendum esse, sed quatenus circa rem præstantissimam versatur: nam et si omnis actus immanens, comparatus cum potentia, perfectior modo aliquo est; non tamen potest esse res præstantissima, nisi sit rei præstantissimæ. Quin etiam saepe tam parum perfectionis habet, vt satius sit illo carere, quam ut, vt hoc loco dicitur.

Se ipsam igitur intelligit.

Respondet secundæ quæstioni, **H**ac conclusione, Mensem illam seipsam intelligere; subaudi [solam & immediatè] sic enim conclusio necessariò intelligenda est: quæ quidem, vt est in contextu, pars est virtutis eius conclusionis, quæ proxima ratione demonstrata est. Complectitur enim illa & conclusionem, quæ danda erat primæ quæstioni, & quæ secundi, vt patet ex iis quæ inexplicanda ea ratione diximus. Probatatio autem his tantum verbis continetur [si quid enim est res omnium præstantissima] ne collane alia longior

A requirebatur, postquam ex proxima ratione constituit, Mensem illam non esse potentiam intelligendi nudam, neque actum etiam intelligendi immmediatum rerum omnium etiam vilissimarum; sed actum immediatè intelligendi rem eam solam, quæ esset præstantissima, quicquid sit de mediata cognitione aliarum rerum, de qua quæstione hic nihil dicitur. Nam ex eo quod mens illa ponitur apud omnes esse res præstantissima, demonstrata est prima conclusio in qua secunda continetur; intelligendum verò esse de cognitione immediata, & cum exclusione aliarum rerum, ex eo constat, quia Aristoteles non respondet ad alteram partem secundæ quæstionis, nempe si mens illa intelligit alia à se, num semper ea intelligat, an verò modò hoc modo illud cum mutatione sui. Si chini id quod exp̄t̄s̄ cōcluditur, nempe Mensem illam seipsum intelligere, C sic accipi potest, vt non excludantur alia ab immediata eius cognitione; reprehendens omnino est Aristoteles, qui non explicauit semperne cetera omnia intelligat, an modò hæc modò illa cum mutatione sui. Quia tamen explicatione opus non fuit, eo quod re vera loquebatur de sola immediata cognitione; quo paēto ea quæ in utraque conclusione dicta sunt, intelligenda esse voltur cum exclusione omnium aliarum rerum.

Atque est quidem.

Dicas proponit obiectiones contra ea quæ dicta sunt. Una est non rectè dictum videri in prima conclusione mentem illam supremam esse ipsum intelligendi actum; & similiter in secunda, illam nihil aliud, quam se ipsam intelligere. Hæc enim non videntur bene cohæcerentia, & intellectus & sensus cum suos

suos actus intelligendi & sentiendi A te artificis eadem est cum ipsa scientia effectiva, quæ dicitur ratio. ac definitio rei efficienda in specie summa, quia est ut quæ præcipue in arte continetur, utpote ad quod effectio accommodatur. In scientiis vero contemplatibus idem sunt natura communis quæ sine materialibus conditionibus differentiarum individuantium apprehenditur, atque ratio & definitio rei quæ cognoscenda est: ratio enim & definitio eius est illud præcipuum quod in scientia contemplativa spectatur, & in quo potissimum totus studij labor consumitur. Quod si in rebus materialibus, in quibus tantum est discriben, propterea idem sunt modo suo scientiae & artes atque res quæ sciuntur (sive scientiae sumuntur pro ipsis rerum conceptibus, sive pro speciebus, quibus res facienda aut cognoscenda representantur) quia utraque sunt modo aliquo immaterialia; scientiae quidem, quia sunt in subiecto immateriali, res autem obiecta; quia per abstractionem sunt suo modo immateriales; quanto id magis concedendum erit in iis quæ per se ex utraque parte sunt immaterialia? In iis enim planè & res quæ immediate intelliguntur, & quæ illas intelligunt, idem sunt planè, quia res quæ intelligenda sunt, nulla abstractione à materia indigent seu sensibili seu intelligibili; tantaque identitas in eis esse poterit propter earum simplicitatem, vt non solum res intelligens & intellecta, sed etiam ipsa intelligentia seu intelligendi actus sint omnino idem, quod in sola mente illa omnium suprema accidere potest, vt patet ex resolutione tertie questionis, quæ mox proponetur. Atque ex his voluit Aristoteles, ut obiectionum solutio colligeretur.

^h Prater i si aliud.

Altera obiection est, cùm aliud sit intelligere, aliud intelligi, mēnsque illa ponatur simul & intellecta & intelligens, nō planè rem hanc definitam fuisse; cùm dubium adhuc supersit, quoniam pacto intelligendum sit, id quod supponebatur à principio, illā esse rē omnium præstūtūlātū, num scilicet quatenus seipsum intelligit, an vero quatenus à se ipsa intelligitur. Quāquam enim intelligere & intelligi in mente illa sunt vna atque eadem res, aliud tamen est esse seu ratio intelligentis, alia intellecti.

ⁱ An in quibusdam.

Occurrat utrius obiectioni vna & eadem solutione, quæ huiusmodi est, in iis quæ materiam non habent, idem esse id quod intelligitur, & mentem quæ illud intelligit. Quod ostendit in rebus quæ tractari à nobis familiariter solent, in artibus & in iis scientiis. Nam in artibus effectiuis res ipsa quæ efficienda proponitur, quatenus est substantia sine materia utpote in mente

B eius est illud præcipuum quod in scientia contemplativa spectatur, & in quo potissimum totus studij labor consumitur. Quod si in rebus materialibus, in quibus tantum est discriben, propterea idem sunt modo suo scientiae & artes atque res quæ sciuntur (sive scientiae sumuntur pro ipsis rerum conceptibus, sive pro speciebus, quibus res facienda aut cognoscenda representantur) quia utraque sunt modo aliquo immaterialia; scientiae quidem, quia sunt in subiecto immateriali, res autem obiecta; quia per abstractionem sunt suo modo immateriales; quanto id magis concedendum erit in iis quæ per se ex utraque parte sunt immaterialia? In iis enim planè & res quæ immediate intelliguntur, & quæ illas intelligunt, idem sunt planè, quia res quæ intelligenda sunt, nulla abstractione à materia indigent seu sensibili seu intelligibili; tantaque identitas in eis esse poterit propter earum simplicitatem, vt non solum res intelligens & intellecta, sed etiam ipsa intelligentia seu intelligendi actus sint omnino idem, quod in sola mente illa omnium suprema accidere potest, vt patet ex resolutione tertie questionis, quæ mox proponetur. Atque ex his voluit Aristoteles, ut obiectionum solutio colligeretur.

D igent seu sensibili seu intelligibili; tantaque identitas in eis esse poterit propter earum simplicitatem, vt non solum res intelligens & intellecta, sed etiam ipsa intelligentia seu intelligendi actus sint omnino idem, quod in sola mente illa omnium suprema accidere potest, vt patet ex resolutione tertie questionis, quæ mox proponetur. Atque ex his voluit Aristoteles, ut obiectionum solutio colligeretur.

Quare ad priorem dicendum est, ~~vbi actus intelligendi distinctus à re intelligenda & intellecta, vt apud nos et ceteris rationibus~~ quæ sunt prima inferiores: vbi actum intelligendi, quo res ab eo diuersa intelligitur, posse intelligi non ex instituto, veluti in scientia, cùm is qui ex instituto agit de re proposita, reflectitur supra actum, quo illa intellexit; quod idem dicendum est de actu opinandi, cogitandi, & sentientiæ etiam externo sensu; quandoquidem B & res sensu externo perceptæ, fiunt suo modo immaterialis in sensu, vt ait Aristoteles, veluti cùm color dicitur esse in oculo per speciem coloris, qui representatiæ color est: sic enim intelligimus nos intelligere, opinamur nos opinari, cogitamus nos cogitare, & sentimus nos sentire, actibus non directis sed reflexis: nec ex instituto primo, sed quasi ex accidenti, & præter rem, quod Græcè h̄ic dicitur *τρεπήσεις*. At vbi intelligens res, intellecta, & intelligendi actus sunt: ex ipsa rei natura omnino idem, vt in solo Deo, vbi nihil intelligi potest præter institutum, & qualiter reflexe, neque aliis omnino actus esse potest, atque ipsius intelligentiæ siue actus intelligend.

Ad posteriorem dicendum est, mentem illam non esse rem præstantissimam ex eo solo quod sic intelligit, actu videlicet eodem omnino cum intellectu; neque etiam ex eo tantum, quia intelligitur actu omnino, eodem cum intelligibili, sed ex utroque simul: Vtrumque enim pertinet ad rationem & conceptum rei omnium præstutissimæ, quod & significamus, cùm dicimus, Mentem supremam se ipsam tali actu intelligere. Eodem modo respondere debemus, si quis querat: Num viuentia sunt viuentia, quia vitales opera-

A rationes efficiunt, aut quia illas suscipiunt. Dicendum est enim quia vtrumque sibi vendicant, & quod efficiunt, & quia suscipiunt, quo ruerunt vtrumque significamus cùm dicimus illa à se ipsis moueri, sumpto motu fuscè, vt omnes vitales operations complectentur.

Restat præterea.

P Roponit tertiam quæstionem; Num id quod intelligitur à mente illa suprema (immediate scilicet) sit compositum necne, compositione videlicet quacunque ex natura rei: nam de compositione solius considerationis nostræ, quæ in nulla omnino rei compositione fundatur, non erat ullum dubium, quin multæ darentur; sæpe enim cogitamus ens & substantiam vt communia quædam Deo & aliis substantiis: deinde querimus aliquam quasi differentiam, qua Deum ab aliis substantiis distinguamus: sæpe etiam eius perfectionem ex multis quasi qualitatibus integramus; cùm tamen in eo nec genus ullum, nec differentia, neque ullæ qualitates locum habeant. Addita est autem necessariò hæc quæstio, tum quia non satis erat ad summam Dei simplicitatem ostendendam probasse idem omnino esse in eo ex natura rei, id quod intelligit, id quod intelligitur & actum intelligendi; posset enim adhuc quætri an eius intellectus & voluntatis, aliorumque eius attributorum & actuum esset aliqua diuersitas, quæ in eo compositionem aliquam facerent: tum etiam quia cùm dictum proximiè sit aliud esse intelligere, aliud intelligi, oportebat querere num hæc in Deo compositionem efficerent. Respondebat igitur Aristoteles tacite: Nullam omnino in eo esse compositionem. Id quod pri-

mū.

mùna ex eo probat, quia si esset, A per omnes partes discutitur: cùm situr mens suprema quæ est intelligentia sui insius in hoc tantum tempore, aut in complemantu alicuius temporis optimum intelligendi statu habeat, & se ipsa, vt in optima re, cognitione fruatur; efficitur ut nullà omnino compositionem admittat. Hæc ratio ex eō vim habet, quemadmodum & duæ superiores, quia obiectum immediatum cuiuscunque intellectus, si vel realiter vel alio modo ex natura rei compositum est, non intelligitur distinctè ac plenè sine discursu præcedente per omnes eiusmodi partes: conceptus enim omnium simul ante huiusmodi discursum confusus est, sed cùm omnes sigillatim cognitæ sunt, tunc conceptus qui de omnibus simul ita cognitis formatur, distinctus & optimus est omnium qui de ea formari possunt. Sic autem in conceptibus qui habentur de toto ædificio: neque enim vllus eorum perfectus est, nisi is qui post cognitionem singulari par. tiū de ipso toto formatur. Sic etiam conceptus quo assentimur toti enūciationi, & apud nos est perfectior conceptibus terminorum, non habetur nisi concepto priùs vtroque termino. Nam et si verbalis copula, quæ est enunciationis forma, sæpe ipso orationis situ intra terminos sive extrema locetur, intelligentia tamen semper ultimum locum habet; neque enim potest de extremorum coniunctione aut disjunctione iudicium ferri, nisi priùs extrema ipsa concipientur. Vnde in libro de interpretatione, enunciationes illæ, in quibus extrema connectuntur per verbum (est) vocantur de verbo (est) tertio loco adiacente, vt distinguantur ab iis enunciationibus in quibus nihil prædicatur de subiecto, nisi existentia rei significata per verbum

¹ An indissibile est.

Hæc altera ratio, qua idem probat, ex eo sumitur, quod immaterialia non sunt composita; quæ sic complenda est: Quæcunque materiam non habent, eo ipso quod eam non habent, non sunt composta compositione ex ipsa materia & forma, veluti mens humana; ergo id quod omnino immateriale est, nullo modo est compositum; atqui prima illa substantia est omnino immaterialis, cùm sit rerum omnium præstantissima, & vt ita dicam, formalissima; non est igitur villo modo composita. Consequētia ex eo patet, quia cōpositio qualiscunque ea sit, materiæ conditionem subit, cui primò & diuisio in partes, & compositione tribuitur.

² An ea que rerum.

Tertiam rationem addit: Quia, D inquit, mens quæ in intelligentiis rebus compositis versatur, subaudi [immediate] non semper sed aliquando bene se habet, hoc est, optimo intelligendi statu fruitur. Non enim in intelligendo hanc partem hoc tempore aut illo, id quod optimum est, & distinguitur à singulis partibus, cognitione assequatur illam; sed in toto quodam, id est, cùm totum tempus compleatur, quo

Digitized by Google

~~est~~ quæ dicuntur de verbo ~~est~~ secundum adiacente; ut cùm dicitur Socratis ~~est~~, aut Socrates nō est.

Ex his quæ hoc cap. dicta sunt, hoc discrimen inter mentem humanam, Anglicam & Diuinam licet colligere, additis iis quæ alias explicita sunt; quod humana aliquando est in pura potentia ad intelligendū, aliquando in habitu, aliquando autem actu intelligit: Angelica vero nūquā est in pura potentia, sed partim in actu, partim in habitu: denique Diuina nunquam est, vt in pura potētia, aut in habitu, sed semper in actu, atque adeo ipse intelligendi actus. Mens enim humana nihil intelligit in hac vita sine aliqua specie intelligibili à rebus sensibilibus accepta; quā cùm nondum habet, in pura potentia est, alioqui est veluti nuda tabula, in qua nihil est depictum; cùm vero eam accipit, tum habet intelligendi habitum, quo tandem actu intelligit cùm vult. Mentes autem angelicæ, cùm non indigeant speciebus ad se ipsas intelligendas, eo quod sint immateriales, neque opus sit ut ad eam rem abstrahantur à materia, semper se ipsas actu intelligunt; eodemque modo humanae mentes postquam à

A corpore separatae sunt: vt autem cætera distinctè intelligant, cum ipsa simul natura nobiliores quasdam à Deo species accipiunt, quibus statim à principio sunt, vt in habitu, vt proximè possint cætera intelligere. At mens diuina cùm in sua essentia omnia eminentissime ac perfectissimè contincat, nulla opus habet specific intelligibili, sed semper actu intelligit & se ipsam, & in se ipsa omnia quæcumque esse ac intelligi possunt.

Illud etiam colligitur, in ipsa Diuina natura nullam esse omnino distinctionem, siue realem, siue ex natura rei, quæ etiam rationis ratiocinatæ appellatur, quod eam rationem in naturis rerum inueniat; sed solam distinctionem imperfectæ considerationis nostræ, quæ virtuallis quoque à recentioribus Theologis dicitur, ut fusiùs ad librum quintum explicauimus. Atque hæc distinguunt illi, & diuina attributa inter se, & ipsam diuinam naturam à personis proprietatibusque personalibus: quæ omnia huius loci doctrinæ esse consentanea, ut alia multa, quæ illi de diuina natura docent, nunc ostendemus.

Κεφάλαιον Ι.

Text. 52.

Eπισκεψέον τῇ καὶ ποτέρως ἔχει τὸ ῥέοντος φύσις τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ ἀρετόν. τὸ τέρτερον κεχωρουμένον πάντα αὐτὸν καὶ αὐτὸν, οὐ τὸ Τέλον, οὐ τὸ ἀμφοτέρως, ὡστε εργάτου μη; καὶ γὰρ ἐν τῷ Τέλει τὸ δόξαντος ὁ στρατηγός καὶ μᾶλλον εὐτρόπος γὰρ οὐτρόποτε τὸν Τέλον, αλλὰ σκέψιν τὴν καθέτην ἔστιν. τῶν τε τοῖς λαοῖς τῶν τελείτοις τῶν, αλλὰ τοῖς ἄλλοις, καὶ τοῖς τοῖς πάντα καὶ πάντα, καὶ φυτά. καὶ οὐτως ἔχει, ὡστε μη εἶναι ταῦτα πρωτεῖς τέλετον μηδέν αλλά

D **C**onsiderandū quoque est, vitroā ^{Text. 52.} modo uniuersi natura ipsum bonū optimūque habeat; an separatiū aliquid et ipsum per se, an in ordine cōsistens. An vitroque modo quemadmodū exercitus? Nam et in ordine eius bonum possum est; et ipse etiam dux est in ilius bonum, atque adeo hic magis. Neque enim hic proprius ordinē est, sed ordo propter hunc.

Sunt autem omnia ratione aliqua ordinata, sed non modo eodem, ut rationalia, volatilia, & qua è terra nascuntur, neque ita inter se aff. Ela, ut alterum cum altero nihil communionis habeat, sed

LIB. XII. CAP. X. COMMENTARII.

10

ἐσί π. περὶ μὲν γὰρ ἐν ἀτανάτοις ζωτέ· Αἴτιον αἰδίον τοῖς
τάκταις. ἀλλὰ ὡστερὸν σὺν σίκισι τοῖς
ἐπειδή περὶ τοῖς ζητεῖσας εἶχεν, ὅτι ἔτυχε
ποιεῖν, ἀλλὰ τὰ τάκτα τὰ τῷ πλεῖστον
τέτεκται· τοῖς δὲ ἀνδραπόδοις καὶ τοῖς
θηρίοις μικρούς τὸ εἰς τὸ κοινόν, τὸ δὲ
πολὺ ὅτι ἔτυχε. τοιαῦτη γὰρ ἐκάστου
δέχεται, αὐτῶν δὲ φύσις εἶσι. λέγω δὲ
οἷον, εἴς τε τὸ διακριθεῖσαν αὐτόχθον
ἀπασιν ἐλέθεν, καὶ ἀλλὰ τὸτε εἶναι
ῶν κοινωνεῖ ἀτανάτοις τὸ ὄλον. ὅσα
δὲ ἀδύνατα Συμβάνει δὲ ἀπόπεται τοῖς
ἄλλοις λέγοντος, καὶ ποσὶν εἰς χαρεστέ-
ρως λέγοντες, καὶ τοῖς τοιούτων ἐλάχιστοι
διπορίαι, δῆλον μηλανθάνεν. τάντες
γὰρ εἰς ἐναντίων ποιεῖσθαι τάκτα· εἴτε
δὲ τὰ τάκτα, εἴτε τὸ εἰς ἐναντίων ὄρ-
θως, οὔτε τὸ ὄρθος τὰς ἐναντίας τούτων
πορίξει, ποτὶς δὲ τὰς ἐναντίων ἔργα γέλεγ-
σιν. ἀπαθῆ γὰρ τὰς ἐναντίας τούτων ἀλ-
λήλων. ημεῖν δὲ ἀνέταγμα τοῦ διλόγως,
τοῦ τετράτου πάντας. οἱ δὲ τὸ ἔτερον τῶν
ἐναντίων, ὕλην ποιεῖσθαι, ὥστε οἱ τὸ
ἄντιον τῷ ἴσῳ, η τῷ εἰς τὰ τολλά-
λαίταγμα δὲ καὶ τὸ ἔτον τὸ αὐτὸν τεόπτον.
η γὰρ ὕλη η μία οὐδενὶ ἐναντίον. εἴτε
ἀπατεῖται τοῦ φαύλου μετέχει εἴκως τοῦ
ἐνός. τὸ γὰρ κακόν αὐτὸν, δέτερον τῶν
συχέντων. οἱ δὲ ἀλλοι δέσποι δέχεταις τὸ
αὐγαδὸν καὶ τὸ κακόν. καὶ τοις σὺν ἀπα-
σι τὸ αὐγαδὸν μάλιστα αρχή. οἱ δὲ τοῦ-
τοῦ μὴ ὄρθως, ὅτι αρχής αὐτῶν ποτὲ
τὸ αὐγαδὸν αρχή σὺν λέγουσιν, τούτοις
ποτὲ τέλος, η ποτὲ κινήσαν, η ποτὲ εἴδος.
ἀπότων δὲ καὶ Εμπεδοκλῆς τῶν γὰρ
φιλίας ποιεῖ τὸ αὐγαδόν. αὐτη δὲ αρ-
χή καὶ ποτὲ κινοῦστα (ζωάγει γὰρ) η ποτὲ
ὕλη μόρελον γὰρ διμήγματα. εἰ δημή-
τη τοῦ αὐτοῦ Συμβεβηκεν ποτὲ ὕλη η αρ-
χή εἴναι, η ποτὲ κινοῦσται, αὐτὰ τούτης
ποτὲ ζευτόν καὶ τούτοις τὸν φίλια;

Text. 53.

B

Text. 53.

Que δὲ autem impossibilia absurdissim-
issima contingant, qui alii docent, quique
vel aptius loquuntur, vel ea tractant in
quibus levissima dubitationes existunt,
band lateant oporet. Omnes enim ex
contrariis omnia faciunt, cum tamen ne-
que omnia, neque omnino ex contrariis
recte fieri, neque illi in quibus contraria
insint, et quo pacto ex contrariis con-
stent, exponant.

Contraria enim a se mutuo pari non
possunt. A nobis autem id aptia ratione
soluitur, ex eo quod sciriū suū quippiam.
Quidam verò alteram contrariorum ma-
teriam faciunt, ut ii qui equale, inaequali,
aut unū multa opponant. Soluitur autem
et hoc modo eodem. Una enim materia
nullis est contrariū. Praterea omnia pra-
ter unum ipsum malo participabunt, cum
alterū elementorum suū. Alij verò bonum
et malum principia non faciunt, cum ta-
men in omnibus bonum ipsum maximè
principium sit. Quidam porro illud xe-
stet quidem principium esse volunt, sed
quo pacto si principium, ut finis; an
ut mouens, an vero ut forma, minimè de-
clarant.

Text. 54.

Empedocles item absurdè philoso-
phat: amicitiam enim facit ipsum bo-
num, que quidem principium est, et ut
mouens (congregat enim) et ut materia,
cum sit pars totius misericordiae. Quod fre-
dem accidat, ut principium sit, et ut ma-
teria, et ut mouens ipsum tamen esse non
ide est. Ab viro igitur amicitia dicitur?

Text. 54.

In Met. Arist. Fonseca Comm.

Tom. 4.

B b

ατ. δέ καὶ τὸ ἀφθερτυ εἶναι A Absurdum quoque est. discordiam est se incorruptibilem, cum hac ipsa sit ipsius mali natura.

Text. 5. κατὰ τὸν οὐκετικόν.

χειροῦ τὸ ἀγαθὸν αρχή. ὁ γὰρ νοῦ κα-
νεὶς ἀλλὰ κανεὶς ἐνεκά πν. ὡς ἔτε-
ρον τῷλιον ὡς ἥμερη λέγομεν. η γὰρ
ἰατρικὴ ἐστὶ τῶν ψύχην. ἀπότοντὸν γὰρ τὸ
ἐναντίον μὴ τωιῆσαν τὸ ἀγαθόν.

Text. 6. καὶ τὸν γά. τῶντες δὲ οἱ τὰ ἐναν-

τία λέγοντες, οὐ γεῶνται τοῖς ἐναν-
τίοις, ἐαν μὴ ἐθευμήσονται. καὶ Διὸς Β
τὰ μὲν φθερτὰ, τὰ δὲ ἀφθερ-
τα, χρέος λέγεται. τάντα γαρ τὰ ὄντα
τωιοδοσίν ἐκ τῶν αὐτῶν αρχῶν.
ἔτι οἱ μὲν ἐκ τῷ μη ὄντος παρε-
στα τὰ ὄντα οἱ δὲ, οὐ μη τετο-
ἀναγκασθῶν, ἐν τῶντα τωιοδ-
σίν. ἐπὶ Διὸς πάνται ἔσαι γένεσις, καὶ
πάντων γένεσις, χρέος λέγεται.

καὶ τοῖς διύο αρχαῖς τωιοδοσίν, ἀλλὰς
ἀνάγκη αρχῶν κυριαρέσαν εἴναι καὶ
τοῖς τὰ εἶδος ὅτι ἀλλὰ αρχῆς κυριαρέ-
ται. Διὸς πάντα μελέχειν η μετέχει;
καὶ τοῖς μὲν ἀλλοις ἀνάγκη τῇ Σο-
φιᾳ τῇ τιμιωτάτῃ ὑπεισήμην εἴναι
τὸ ἐναντίον, ημῖν δὲ διὸς γαρ ἐστιν
ἐναντίον τῷ τρώτῳ αὐτοῦ. τάν-
τα γὰρ τὰ ἐναντία ὑλεῖς ἔχει, καὶ σωμά-
ται τούτα ἔστιν. η γὰρ ἐναντία ἀγνοει,
εἰς τὸ ἐναντίον. τῷ γάρ περιτῷ ἐναντίου
οὐδείς. Ετ. εἰ μη ἔσαι τῷ γάρ τοι αὐτοῦ
τὰ ἀλλα, σὺν ἔσαι αρχῇ καὶ ταῖς καὶ
γένεσις, καὶ τὰ οὐρανία, αλλὰ αἱ τῆς
αρχῆς αρχῆ, ὡς τοῖς θεολόγοις η
τοῖς Φυσικοῖς ἀταστιν. οἱ δὲ ἔσαι
τὰ εἶδος η αρ. Θμοί, οὐδὲν τὸ αἷλα
εἰ γένη, οὔτε κινητούς γε. Ετ. τῶν
ἔσαι εἰς ἀμερεγέθων μεγεθός καὶ
ζωεχεῖς; οἱ γὰρ αρ. Θμοί οὐ τωιοδο
ζωεχεῖς, οὔτε ὡς κινοῦνται, οὔτε οὖτε εἶδος.

Anaxagoras εὐρὸν bonum facit ut principis motus: mens enim mouet; sed tamen alicuius gratia mouet. Quare aliquid aliud erit; verum ut nos dicimus: Medicina enim quodammodo sanitas est. Incommodū etiam est bono. & mens haud fecisse contrarium.

Iam omnes δι qui contraria ponunt, Text. 56.
contrariis non vivunt, nisi quis indi-
genter ista consideret. Nec vero quisquam
est, qui cur alia corruptibilia sint, atua in-
corruptibilia dicat. Res enim omnes ex
eisdem principiis faciuntur. Accedit, quod
alii ex non ente omnia efficiunt, aliis ne-
cognitum idem fieri, utrum faciunt o-
mnia. Ad hanc cur semper futura sit ge-
neratio, & que nam sit generacionis cau-
sa, nemo explicat.

Aitque est apud eos qui duo principia
faciunt, & eos qui ideas ponunt, aliud
preferantius principium sit necesse est: cur
enim caserias participantur, ani participant?

Et aliorum δι quidem sapientie, &
preferantissima scientia, aliquid contrarium
sit necesse est: nos autem id admittere non
cogimur. Ei enim quod primum est, nihil
est contrarium. Namque omnia contra-
ria materium habent, que potestate has
ipsa est. Contraria vero ignorantia, con-
trarium respiciunt; primo autem nihil con-
trarium est.

Praterea nisi sint res aliae prater sen-
sibiles, nullum erit principium, nullus
ordo, generatio nulla, nulla cælestia; sed
semper principiis principium erit, id quod
omnibus & Theologis & Naturalibus
accidit.

Quod si ideas sint, ani numeri, nullius
profectio rei causa erit, si non erunt, certè non
erit causa motus. Quo iste modo ex iis qua
magnitudinis sunt expertise, magnitudo
ani continuum aliquid constabit; num-
erus enim non efficit continuum quicquam,
neque ut monens, neque ut forma.

Quin

αλλα μηδεν χ' εργη τι θυσιων, αλλα μηδεν χ' ποιησιν και ποιησιν συντεχοτο γη αν μη ειναι, αλλα μητε ιστερον γε τη ποιησιν διωματεως. Ωκειρη αιδια τα οντα αιλλα επι οιναι φειλον αερα τυτων τι τητο διειρηται ως. επι τοινις ειοι αεριθμοις εν, η πινακη το σημα, η ολως το ειδον, η το περιγραφη ουδεν λεγει ουδεις αιδιον συντεχει ειπει, ειαν μη (ως ημεν) ειπη, ως το κινοιο ποιει. Οι οι λεγουνες τον αεριθμον περιωτον τον μαθηματικον, η ουτως οι αιλλη έχομενοι ουσιαν, η αρχας εκάστης αιλλας, επεισοδιας της τοσ παντος ουσιαν ποιοσδιν (ουδεν ηηη ετερη τη η ετερη (υμιβαλλεια ουσα η μη ουσα)η αρχας πολλας (ει η ου βουλεια πολιτισθη καικις ουκ αγαθον πολυπορεγνατη εις κοιρεν)

Quin etiam nullum contrarium
quod & factum sit & magis fieri enim poterit ut non sit. si qui actio
prior est quam potentia, non igitur
erit res perpetua. At sum. Igitur aliquid
horum tollendum est. Quo autem pacto
hoc faciendum sit, dictum iam est.

Praeterea an numeri sim unum, aut
anima & corpus, & omnino forma &
res, nemo quicquam dicit, sed nec dicere
potest, nisi dicat quemadmodum nos id
quod moneret id facere.

Qui m' vero dicunt, numerum maius
maicum esse primum, atque hoc mode
semper esse aliam herentem substantiam;
aliaque esse aliarum principia; aduenti
tiam faciunt vniuersi substantiam nihil
alia. aliam siue ipsa siue non sit, adiu
nat proutque principia inducit. At ea
qua sunt, male administrari nolum; mul
torum autem esse principatus bonum non
est; unus ergo si princeps.

EXPLANATIO CAPITIS DECIMI.

* Considerandum quoque.

Gi capite superiore de primo motore, quatenus est summum intelligibile, in hoc autem extremo de eo disputat, quatenus est summum bonum. Quæstat enim aliquis: Num in hac rerum vniuersitate summum bonum, sit aliquid internum: aut externum: Nam cum summum bonum & ultimus finis idem sit; finis autem sit duplex, alter internus & formalis, quo pacto finis ædificij, est eius forma, siue ordo & dispositio partium; alter externus & obiectivus, quo pacto finis ædificij, est habitator, in cuius gratiam ædes sunt: merito dubitari potest, uter eorum constituentis sit in vniuerso summum bonum, aliquidne quod in toto ipso existat, quasi eius formajan verò aliquid ceteris externum sit, ad quod totus aliarum rerum ordo seu dispositio referatur. Non defuerunt enim qui sentirent, huius vniuersi coagmentationem & ordinem, non ab aliqua externa causa aut propter aliquid externum existere, sed ex se ipso, hanc habere dispositionem, aut casu & fortuito atomorum concursu accidisse.

* An utroque modo.

Respondet quæstioni propositæ, summum vniuersi bonum utro-

que modo constituendū esse, quatenus admodum & in exercitu: nam quemadmodum in exercitu duplex.

B. b. 2.

est principium bonum: Vnum, quod A mines, quorum gratia tota hæc in ordinac dispositione militum, & cæterarum rerum ex quibus exercitus coacticit; alterum, a quo euimodi ordo penderet, & ad quod dirigitur, quod est dux ipse à quo describitur ordo exercitus, & ad opus applicatur, & cuius gratia omnia geruntur, ut victoria obtineatur: Sic in vniuerso se res habet: nam & ordo ac dispositio rerum est summum eius bonum formale, hoc est, in rebus ipsis existens; & prima etiam rerum causa, à qua pendent, & ordine disponuntur cæteræ omnes, atque ad sui ipsius gloriam summo iure diriguntur, est summum earum bonū obiectiuū; atque adeò maius bonum, quām quod dicitur formale; Ut enim dux nō est propter formam exercitus, sed hæc propter illum; ita prima rerum causa non est propter earum dispositionem, sed hæc propter illam.

Sunt autem omnia.

Dicit quo pacto in vniuerso res omnes apto & congruenti ordine sint dispositæ: quod ex eo ostendit, quia etsi non eodem modo omnes sese respiciunt, & ad summum illud bonum separatum affectæ sunt (si quidem aliæ affinitatem quandam maiorem habent inter se, magisque participant summi illius boni separati munificientiam, ut substantiae separatae inter se, & cum rebus sensibilibus collatae, resque viuentes comparatae cum non viuentibus, misæ cum simplicibus, & sic cæteræ omnes in suo quaque genere) omnes tamen ita inter se affectæ sunt, ut aliæ propter alias sint conditæ, ut elementa propter iniusta, non viuentia propter viuentia; & in viuentibus plantæ propter animalia, & ex his ea quæ rationis sunt expertia propter ho-

muni machina existit. Quod pulchrè Aristoteles in descriptione ordinis magnæ cuiusque familiæ ostendit; in qua videre licet, quo eius partes propinquiores sunt patrifamilias, plúsque illi catæ sunt, eo plura in eis præscripta esse & ordinata, ut liberis quām seruis, & hisce quām iumentis; eodemque modo cæteris quibus quo imagis à capite familie remotæ sunt, eo plura relinquuntur, quasi casui & fortunæ commissa, prout cuiusque natura postulat, quæ principium est motuum omnium & actionum. Quod si quis obiiciat, plura imò verò omnia ordinata & definita esse rebus quæ vel sensu vel ratione certè, semper enim hæc ex præscripto sui conditoris agunt; hominibus autem omnia esse libertè relicta ut agant, quicquid eis libitum fuerit:

Cigitur propinquiora carioraque esse primæ causæ res sensu aut ratione carentes, quām hominum genus: Hoc pacto respondendum est: Non sic relicta esse omnia in libertate hominum, ut eis nihil ordinatum & præscriptum sit; imò verò omnia esse illi definita, ipsa videlicet naturæ lēge, quæ in eius mente inscripta & quasi insculpta est: sed hoc esse discrimin quod in cæteris rebus præscriptio eorum quæ acturæ sunt, non habet rationem legis, cum illæ agatur potius naturæ vi, quām agant quicquam; in hominibus autem est vera & propriè dicta lex, cuius transgressioni propterea decretæ est pena, & executioni præmium, quod sunt suarum actionum domini; Et tamen in omnibus iis rebus, quæ in elementari regione sunt, plurima accidunt præter earum naturalem propensionem aut propositum, propter casualem aut fortuitum concussum earum inter se; quæ omnia viden-

videntur à Deo permitti, quasi ea A
negligat, cùm tamen omnia pro-
uidentissimè perspiciat, & sola ea
quæ mala sunt, si propriè loquen-
dum est, agere permittat. Atque hæc,
quæ ex familia rectè ordinata ad
vniversi ordinem transferēda sunt,
contendunt, ut intelligamus, in re-
bus cœlestibus, siue sint immateria-
les illæ substantiæ cœlorum motri-
ces, siue corpora ipsa cœlestia, sic
omnia ordinata & præscripta esse,
vt nunquam in eis peruersitas vlla B
ordinis cernatur: in elementis au-
tem totis ac integris idem spectari,
tamen si in partibus quibusdam va-
rietas aliqua quasi permittatur. At
in iis quæ ex elementis constant,
magnam sæpe esse ordinis pertur-
bationem, ut hæc ultimum habere
hac in re locum in vniverso videan-
tur; tamen si alia ex parte viuentia,
& inter hæc humanum genus ipsis
cœlestibus corporibus sint digniora,
& quorum maior cura est Deo, vt C
eorum gratia corpora reliqua etiam
cœlestia considerit.

Quæ autem impossibilia.

Adit more suo quād absurdada & incommoda sit in hac re
aliorum philosophandi ratio, qui
omissa hac pulcherrima rerum qua-
si concatenatione, dissolutam quan-
dam rationem principiorum & cau-
sarum huins vniversitatis afferunt;
tamen si alij grauius loquuntur, alij D
in iis sæpe versantur, de quibus le-
uissimæ questiones existunt. Ac
primùm refert sententias eorum,
qui principia contraria inter se sine
vlo vnionis vinculo inducunt; cuius
doctrinæ absurditatem tribus quasi
capitibus complectitur; Vno, quod res ex contrariis efficiant; altero,
quod omnes; tertio, quod modum quo ex contrariis hant, non ostendant.

Contraria enim à se mutua recipi non possunt.
Contraria, nisi aliquid unum subsit,
quod utriusque sit capax, & neutri
eorum aduersetur, ex eo probat:
quia contraria non patiuntur alia
ab aliis; neque enim possunt se mu-
tuò recipere cùm sibi mutuò aduer-
sentur; sed tertia materia est, quæ
actione externi agentis alterum
suscepit, & alterum abiicit. Atque
hoc pacto solvit dubitatio illa,
quæ fieri possit ut contrarium ex
contrario fieri dicatur, ut calidum
ex frigido, & contraria. Vnde patet,
Platonem non rectè dixisse alterum
ex contrariis esse materiam, quain
vocat inæqualitatem, ut distingua-
tur à forma, quam vocat æquali-
tatem, cùm materia nulli rei aut
eius formæ sit contraria, cùm for-
mas omnes complectatur. Loquitur
autem de materia rerum quæ gi-
gnuntur & intereunt: quanquam
autem verum esset, aliqua fieri ex
contrariis, quovis modo id intelliga-
tur, perabsurdum est. Nam cùm al-
terum ex contrariis sit malum, hoc
est, imperfectum comparatione al-
terius; sequeretur omnia malo par-
ticipare præter unum bonum, quod
bonum est summum; sicque cor-
pora cœlestia & substantiæ sepa-
ratæ, quæ sub prima sunt, ma-
lo imperfectioneque participarent.
Accedit, quod alij melioris notæ
philosophi, malum non fecerunt
principium sed bonum; & rectè
quidem, si de principiis positivis
agatur: quanquam in eo quidem
peccarunt, quod non exposuerunt,
cuiusmodi principium positivum
esset bonum, ut finis, an ut effi-
ciens, an verò ut forma.

Empedocles item.
Eccliaris ratione ei displacebat in
hac disputatione sententia Em-

~~Et~~ sicutis, qui cum litem & amicitiam A agere propter se ipsam, vel ex actione Medici, colligi ut cunque posset: nam cum Medicina sit quodammodo sanitas, iuxta illud quod capite superiori & ^{z.} de anima traditur (nempe scientiam, & rem quae sciuntur, quodammodo idem esse) idque propter formam intelligibilem sanitatis, quae sanitatis quasi personam sustinet, ac proinde modo aliquod dici possit, sanitatem quae in Medico principium agendi est, agere propter se ipsam; vel inde colligere poterat Anaxagoras, Mensem illam immixtam propter se ipsam agere, cum multo maiori unitate in infinitis quasi gradibus, idem sit cum rebus omnibus, quae in ea perfectissime continentur; idem sit cum scientia seu forma sanitatis quae est in mente Medici, idem sit cum sanitate ipsa. Quod ubi dixit Aristoteles, illud etiam reprehendit in Anaxagora, quod Menti (quam bonum vocauerat) non opposuerit malum contrarium, ut hac in re à communis sententia de contrarietate principiorum non discederet; quam ipse etiam assequutus fuerat, cum forma priuationem, ut bono malum, opposuit.

Anaxagoras vero.

Illud etiam damnat in opinione Anaxagoræ, qui magis de vniione rerum, & connexione earum inter se, videtur fuisse sollicitus, quod non explicauerit, cuius rei gratia moueat mens illa immixta, quam vocat bonū, & ponit in genere causæ efficientis; gratiane sui, an rei alterius. Quo fit ut nisi dicat idem quod Aristoteles, esse, inquam, mentem illam, & id quod intelligit, & id quod intelligitur, & actus ipse intelligendi, ut demonstratum est capite superiori, ac proinde illam mouere & omnino agere propter se ipsam; absurdè haud dubie loquatur; oportebit enim illum dicere, aliquid aliud esse id propter quod illa mouet arque agit. Quod enim mirandum non sit, mente supremam.

Tertiam absurditatem veterum, qui principia contraria quasi soluta poluerunt, declarat; cum docet à nullo eorum exponi quo modores ex contrariis hant; hoc enim est quod ait, neminem eorum illis virtutibus quis indiligenter & perfundat ista consideret; & quod hinc sequitur, neminem eorum esse qui distinctionem caducotū corporum à semper tertiis possit distinguere, cum omnia ex iisdem principiis contrariis constituant. In quod vitium illi etiam prisci Philosophi ac poëtæ incurret videntur, qui omnia ex-

nacte,

LIB. XII. CAP. IX. COMMENTARII.

nocte, hoc est, ex non ente, quasi codem principio, efficiebant; quippe cum eandem originem rebus omnibus assignauerint. Quanquam Aristoteles in hac re non recte sentiret, si noctis nomine ipsum nihilum intellexisset, cum illud certa & naturali demonstratione ostendi posset, res natura sua incorruptibles, quemadmodum & quae gignuntur & intereunt, eandem originem ex nihilo habere potuisse. Sed ea ratione recte dixit, quod prisci illi noctis vocabulo materialiam nudam & informem, aut rudi-formam aliqua formatam videntur intellexisse, ne, quod omnes negabant, ex nihilo aliquid fieri concederent. Hos igitur eam ob causam cum superioribus simul impugnat Aristoteles, quod non exposuerint quo pacto ex nocte res genitae essent. Quod etiam incommodum & laborem refugeret Parmenides & Melissus, omnia potius unum esse, hoc est, eiusdem rationis & naturae esse, dixerunt; non minori reprehensione thac in re digni, quod apertam rerum distinctionem negarunt, generationemque omnem de medio sustulerunt. Denique addit omnibus hoc vitium commune fuisse, quod neque exposuissent quo pacto generationes ab aeterno fuissent, & in aeternum esse possent, neque etiam vicissitudinis earum generalem causam tradidissent, aut etiam tradere potuissent, cum omnia ad contrariatem principiorum reuocarent: Neutrum enim contrarium vniuersalis causa generationis esse potest, ut recte annotauit D. Thomas.

Aigue & apud eos.

C Oniungit cum causa eorum qui prima principia contraria esse dixerunt, controversiam eorum, qui ideas induxerunt; atque,

A virosque caratione damna es-
se, quod quemadmodum non sat
~~est~~ ponatur aliquod præstantius prin-
cipium efficiens, quod illis in ge-
neratione rerum utatur; ita non sat
esse ponere formas rerum, quae sit,
separatas, nisi ponatur præstan-
tius aliquod principium efficiens
cuius actione materia quasi impre-
sum eorum participet.

** Et aliorum quidem.*

P Ostreum incommodum af-
fert, quod admittere coguntur
iij qui contraria ponunt prima prin-
cipia, quasi aliud prius & præstantius
principium sit nullum. Est autem
illud necessariò eis dicendum, esse
sapientiae seu præstantissimae scien-
tiæ aliquid contrarium, nempe
aliam scientiam quae illi aduersetur.
Nam etli cōtrariorum eadem scien-
tia esse dicatur (quod de secundariis
principiis intelligitur, ut de albo &
nigro, de calido & frigido) primo-
rum tamen contrariorum, si prima
omnino sunt, neque à se mutuo, ne-
que omnino ab alia re præstantiori
pendent (sic enim interpretatur Ari-
stoteles eorum dicta, eo quod aliud
præstantius principium aperte &
dilucide non ponant) contrariæ vt-
que debent esse scientiæ. Quod
ego sic interpretor, ut esse debant
D amulæ aduersaque doctrinæ, qua-
les essent scientiæ de iis principiis
primis, quae à Manichæis ponban-
tur, nempe de principio & quasi Deo
malorum omnium & principio o-
mnium bonorum, quod est Deus
(Opt. Max). Ut enim eiusmodi prin-
cipia si possibilia essent sibi inuisum
aduersarentur (neutrum enim esset
reuera primum principium si ma-
lum res esset quae per se effici posset)
ita & scientiæ quae de illis haberentur.
At Aristoteles hoc absurdum
ad

aut vere non cogitur, cum aperte docuerit ac probauerit dati primum omnium, scilicet in omnino cui nihil omnino possit esse contrarium: contraria enim si vere ac propriè loquendum est, materiam aliquam supponunt, quæ sit in potentia ad utrumque, ipse autem eiusmodi primum principium ponit, quod in materia nulla est, nullamq; omnino habet in se potentiam passiuam potentialitatem, ut in contrariam aliquam formam aut affectum mutari possit. Quod si contraria pro rebus immutabilibus quidem sed aduersorum affectuum & efficientiarum sumantur, ut dictum est de duobus Mathematicorum primis principiis (quem errorrem forsitan veteres aliqui Philosophi sibi persuaserunt) eodem argumento Aristotelis probari potest, vero primo principio quod stabilitum est, nihil posse esse contrarium eo quod affectus contrarij idem subiectum postulant. Quo sit ut hæc duo pugnent inter se, ponere duo prima principia contrariorum affectuum & efficientiarum, & ea esse immutabilia. Accedit, quod idem confirmari potest ex iis quæ superius dicitur sunt; iam enim positum erat, primum principium reliqua omnia mouere, ut amatum, quod esse non posset si aliud quoque esset primum principium contrarij affectus & actionis. Ita patet non cogi Aristotelem ut aliam scientiam oppositam aduersaque doctrinæ esse fateatur, quæ tamen re vera non scientia esset sed ignoratio, ut eam vocat Aristoteles, quia esset ignoratio non puræ negationis, quam multi habent de vero principio, sed erroris seu contrariæ affectionis, ut vocari solet, quæ etiam haberi potest de vero principio, si ei attribuantur quæ attribuenda non sunt, aut negentur quæ non sunt neganda.

¹ Præterea nisi sint.

Hactenus impugnauit corum sententias, qui prima principia contraria esse dixerunt, quasi dissociata inter se, & nullo aut veræ materiarum communi affectu, aut quasi obedientia alicuius superioris causæ efficientis colligata. Nunc impugnat Platonis opinionem, qui separata quidem principia, & tanquam contrariis principiis superiora ac digniora posuit, sed re vera quæ nihil societatis aut commercij habere possunt cum rebus hisce sensibilibus & materialibus, quæ apud nos sunt, nisi constituant aliud principium generale efficiens, illique adaptans materiam formarum omnium susceptiuam; quod quidem principium ab Aristotele iam positum & constitutum est. Ac primum quidem fatetur Aristoteles, illisque concedit, necessariò res alias separatas à sensibilibus esse debere, alioqui non daretur primum mouens, nec aliæ substancialiæ cœlorum motrices, ut probatum est superius; nullus item rerum ordo fixus & stabilis, nulla generatio, quia deessent causæ generales ad generationem concurrentes: nulla denique cœlestia corpora (quibus verbis cœlorum conditorem videtur Deum agnoscerre) sed semper aliud atque aliud particulare principium retrò querendum esset, ut quod Socrates genitus fuisset à Sophronisco, & hic ab alio, & ille ab alio priore, quod prisci Theologi & reliqui naturales faciebant, ut inuenirent primum aliquod à quo reliqua eiusdem naturæ pendenter; quod cum certa demonstracione inuenire nequirent, oportebat eos altiora principia inquirere ac statuere, à quibus hic ratus ac stabilis rerum cursus per se penderet, quod non fecerunt. Atque hactenus

nus recte: Verum res tales separatas non esse, quales Plato posuit, ideas videlicet ac numeros ideales, ex quibusdam incommodis probat Aristoteles. Primum ex eo quod ponant pro primis principiis ea, quae nullius rei causae esse possunt, aut saltem efficientes; quod addit ut libere concedat Platonis ideas, si quae sunt, esse causas exemplares; Id enim non satis est ad rerum generationem, nisi sit principium aliquod generale effectuum, quod ad illas respiciens agat. Deinde ex eo quod asserit, numeros esse causas magnitudinum omnium huius universi corporei: quod enim fieri possit ut quae in se ipsis continuatatem non habent, sint continuitatis causae sive efficientes, sive exemplares? nihil enim dat quod in se non habet, vel formaliter vel eminentius & perfectius; numeri autem neutro modo continuatatem habent, quam corporibus dare possint. Tertio, ex eo quod tollit de medio perpetuarem generationum. Nam cum res illae separatae si dantur, non possint esse activa principia, sed si sunt principia, non sunt alia quam exemplaria, fieri posset ut nulla essent principia particularia contraria, quae actu mouerentur & omnino agerent: omnia enim contraria particularia quae apud nos sunt, posterius agunt quam agere possint, sicque fieri posset ut nulla esset generatio, ne Dendum generationum naturamque communium eorum quae gignuntur & intereunt, perpetuitas; nisi esset aliquod primum agens ab ideo diversum, a quo particularia agentia per eius concursum ad actum reducerentur. Atqui esse perpetuam generationum seriem, qua species caducarum rerum perpetuantur, superius probatum erat. Aliquid igitur rerum quae sumpta sunt, ex quibus

A perpetuitas generationum i[n]veniatur, tollendum negandum, que est: quae res quo pacto se habeant, libro scriptantur, cum n[on] fit tunc ostendit, diuersis in rebus semper actum potentia priorem esse. Hinc enim patet tollendam de medio esse opinionem; quae nullas alias causas universales constituit, nisi ideas, cum illae neque agere possint, nec reducere ad actum potentias inferiorum agentium; sed amplectendam esse sententiam de uno primo mouente immobili superiori traditam, quod illud omnia praestare possit, quae necessaria sunt ad perpetuam rerum generationem. Postrem ex eo quod iuxta Platonis sententiam nulla sit causa efficientis quae educat formas ex materia, vnumque ex ipsisque faciat. Ut enim ferrum (quod ait Themistius) non mouetur ex se ad exemplar, ut eius quasi impressione fiat, verbi causa, clavis aut ensis, sed eget mouente aliquo, qui ex potentia quam habet ad varias artes formandas, educat hanc vel illam, vnumque faciat ex ipso & forma educata: Sic materia rerum naturalium non mouetur ex se ipsa ad exemplaria illa, si villa sunt, participanda, ut ab illis quasi signetur; sed expectat agens aliquod cuius actione nouam formam ad quam in potentia erat, accipiat, vnumque cum ea faciat. Eodem modo accedit in numeris quorum unitates nullam haberent: uniuersum inter se, nisi mens in vnius aliquius numeri formam alioqui disiunctas colligeret. Atque haec dicta iam erat ad finem lib. 8. Sumitur autem res hoc loco pro materia sive prima sive secunda, quemadmodum & forma pro substanciali & accidentalis.

m. Qui vero dicunt.

A Finis erat aliqua ex parte Platonis sententiae de ideo,

In Met. Arist. Fonseca Comm. Tom. 4.

C.

im Pythagoreorum opinio, qua dicta cebant numeros mathematicos non illos ideales & separatos, sed in rebus existentes, rerum principia. Quæ sententia eti quatenus numeros ponebat rerum principia, cum Platonis opinione consentiebat; tamen & ipsa numerorum natura & qualitate dissentiebat, & magis quam Platonica ipsarum rerum inter se cognitionem dissoluebat. Nam eti ab ideis, ut ab Aristotele explicantur, nulla prouenire poterat rebus nostratis vilitas; tamen cum ille in eis ponendis veram rationem & naturam nostratum spectaret, atque exponeret ex ipsarum rerum consideratione, aliqua in tota hac rerum vniuersitate cognatio & necessitudo intelligebatur. Pythagorici vero dupli ratione magis aduenticias alienasque & quasi peregrinas à se inuicem res omnes inter se faciebant. Vna, quod ex numeris Mathematicis nulla sumi potest diuersarum naturarum cognitione, cum omnes numeri Mathematici vnitatibus eiusdem rationis content, neque alia ratione differant inter se, quam huiusmodi vnitatum multitudine & paucitate. Vnde fiebat ut siue res hæc aut illa esset siue non esset, nihil tamen inde utilitas aut detrimenti ad ceteras promanaret, si earum principia, hoc est, Mathematicæ vnitates, spectarentur. Altera ratio est, quod plurima ponebant prin-

cipia, neque ea ad vnum aliquod principium extrinsecum reducebant, à quo modo aliquo in suo esse, & principia particularia & res ipsæ penderent. Cuilibet enim rei sua peculiaria principia ita tribuebant, vt inter ea nullus esset ordo, nisi prioris & posterioris in numerando; præterquam quod cum numeri & vnitates in ipsis rebus existentes ad quantitatem pertineant; sicque re vera posteriores sint iis rebus in quibus existunt; qui fieri poterat ut essent earum principia?

Ait ergo Aristoteles, hac dupli de causa à veritate traditæ ab ipso doctrinæ de ordine & cognitione rerum omnium aberrasse Pythagoricos, quia non solùm faciebant aduenticias & minimè ad se inuicem pertinentes substantias seu naturas rerum; sed etiam multa admodum prima principia haud inter se connexa ponebant. Quare cum vniuersitas rerum male disponi & administrari nolit (videmus enim vnam quamque rem in sua natura optimè esse constitutam) multorum autem principatus ordinis perturbationem & confusio nem pariat: nihil denique tanta concinnitate aptaque dispositione constitutum sit, tantoque ordine ad perpetuitatem comparatum, quam est tota hæc rerum vniuersitas; unus profecto princeps, qualis iam descriptus est, ei assignari debet.

FINIS DVO DE CIMI.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΤΩΝ
μετὰ τὰ Φυσικά τῷ Μ.

ΜΕΤΑΦΥΣΙΚΟΡΥΜ
LIBER XII.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ α'.

CAPUT I.

ΕΠΙ μὴ οὐδὲ τῶν αἰ-
θῆῶν φύσιας εἶρηται οὐ εἰσιν
ἐν μὲν τῇ μορφώ τῇ
τῶν Φυσικῶν ταῖς τῆς ψύχης, ὑπερον
τῇ τῆς καὶ σύνεργειαν. ἐταῖς δὲ η
σκέψις αὕτη εἰσὶ, τότερον εἰσὶ θείς
ωδῆς αἰσθήτας οὐσίας αἰκίητον
καὶ αἴδει, η τοκεῖ εἰσική εἰσι, πίσι εἰσι
πρῶτον ταῦθι τῶν ἀλλων λεγό-
μνα θεωρητέου, στασις εἴτε τι μὴ κα-
λῶς λέγουσι, μὴ τοις αὐτοῖς ἔνοχοι
ωδῶν· καὶ εἰ πιθόγμα κοινὸν ημῖν
κακένοις, τοῦτο ιδίᾳ μὴ καθ' ημῶν
θευτεράνωμδι. ἀγαπητὸν γάρ, εἰ πις
τὰ μὲν κάλλιον λέγει, τὰ δὲ οὐ χει-
ρον. οὗτοι δὲ εἰσὶ πίθηκα ταῖς τούτων.
τάτε γὰρ μαθηματικά Φασιν οὐσίας
εἶναι πνίας οἷον αἱρέτων καὶ γεαμ-
μάτις, καὶ τὰ τυγχάνη τούτοις, καὶ τα-
λιν τὰς ιδέας. ἐπειδὴ οἱ μὲν οὗτοι γένη
τελέα τοιούσι, τὰς τε ιδέας, καὶ τοὺς
μαθηματικούς αἱρέτων οἱ τοιούτοις
φύσιν αἱμοφόρεων, ἔτεροι δέ τε τὰς
μαθηματικὰς μόνον οὐσίας εἶναι Φα-
σι, σκεπτέον, πεῖτον μὲν ταῖς τη μα-
θηματικῶν, μηδεμίαν τεφερόντας
φύσιν ἄλλων αὐτοῖς οἷον, τότερον
ιδέαν τυγχάνουσιν θεατὴν καὶ πό-
τερον δέσχαι καὶ φύσια τὸ οντων, η τού.
ἄλλ' ας ταῖς μαθηματικῶν μόνον,
εἴτε εἰσιν, εἴτε μὴ εἰσι· καὶ εἰ εἰσι, τῶς
εἰσιν. ἐταῖς τοῦτοις ταῖς τῶν
ιδεῶν αὐτῶν αἰτιῶς, καὶ οἵσον νόμου χάρει.
τεθρύλοις γάρ τὰ ταῦτα καὶ
ταῦτα τῶν ἐξωτερικῶν λόγων. Ετι τοῦτος
τοῦτος σκέψις οὐδὲ τη σκέψιν αἰτιῶν

De substantia quidem rerum
sensibilium, quid sit dictum
iam est: in doctrina quidem
Physicorum, de materia; po-
stea vero de actu. Quoniam vero consi-
deratio hec in ea quaestione versatur, an
prater sensibiles substantias sit immobilitas
aliqua et sempiterna necne; quod si sit,
quoniam ea sit; primum quidem que ab
aliis tradita sunt, consideremus oportet;
ut si quid non recte dixerint, eorum erro-
ris participes non simus: si quod au-
tem dogma nobis cum illis sit commu-
ne, illud priuatum quod contra nos non
sit, hanc graueriter feramus. Opiabile enim
est, si quis alia quidem melius, alia non
deterius dicat.

Due autem de his rebus opiniones ex-
tant. Nam et Mathematica entia
substantias quasdam esse aiunt, ut nu-
meros, lineas, et alia id genus, et rursum
ideas. Cum autem hec alii duo genera fa-
ciant: Ideas, inquam, et numeros mathe-
maticos; alii unam virorumque natu-
ram; alii vero nonnulli mathematicas
tantum substantias esse contendant; pri-
mum de mathematicis agendum, nulla
deis interim alia addita natura, velut
sint necne idea; Et utrum principia et
substantia sint rerum annon; sed tantum
ut de mathematicis an sint, an non sint, et
si sunt, quoniam sint modo: Deinde his expla-
catis seorsim de ipsis ideis simpliciter, et
ferme legis gratia. Tria enim vulgo a sūt
magna ex parte in libris exotericis. Ad
hoc, illi considerationi accommodāda erit
major

τὸν λόγον, ὅταν ἀπισκοπῶμεν, A maior disputationis pars, cum disquiremus, si ne numeri & idea eorum quae sunt substantia ac principia. Nam post ideas hec teritia restat consideratio.

Necesse est autem, si nulla sunt mathematica, aut in rebus sensibiliibus ea existere, ut quidam dicunt; aut ab illis sesunt; quod etiam quidam assertunt: aut si neutrō modo sunt, aut non esse aut alio modo esse. Itaque disputatione nobis, non de ipso certū esse, sed de modo effendi erit.

*ἰδίας αὗτη λέπεται τριτη σκέψις.
ἀνάγκη δή εἴως ἐστὶ τὰ μαθηματικά, ή ἐν τοῖς φυσικοῖς ἔναις αὐτὰ, καθέως λέγουσι πίνεις, ή κεχωρισμένα τῶν αἰσθητῶν λέγουσι, ή καὶ τὰ πίνεις, ή εἰ μηδὲ τέρας, ή τούς εἰσιν, ή ἄλλου τρόπου εἰσίν. ἀδ' η ἀμφισβήτησις οὕτως ἔργον τοῦτο τοῦτον εἶναι, αἰλλατεῖ τοῦτον τρόπον.*

B

Κεφάλαιον Β'.

